

Gilbert Murray.

PHAEDRI AUG. LIBERTI

FABULAE AESOPIAE.

PRIMA ED. CRITICA CUM INTEGRA VARIETATE

CODD. PITHOEANI, REMENSIS, DANIELINI, PEROTTINI

ET EDITIONIS PRINCIPIS, RELIQUA VERO SELECTA.

ACCEDUNT

CAESARIS GERMANICI ARATEA

EX FIDE CODD. BASIL. BERN. EINSIEDL. FREIBERG. ED. VENETAE MCCCCLXXXVIII EMENDATA ET SUPPLETA.

PERVIGILIUM VENERIS

AD CODD. SALMAS. ET PITH.

EXACTUM AB

IO. CASP. ORELLIO.

EDITIO ALTERA

AUCTA

PHAEDRI FABULIS NOVIS AB ANGELO MAIO REDINTEGRATIS ET PUBLII SYRI SENTENTIIS XXX TURICI REPERTIS.

TURICI

TYPIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

M.D.CCC.XXXII.

FRIDERICO IACOBSIO

HOMINI INTEGERRIMO

OPTIMO AMICORUM

AMICO

SAGACISSIMO CRITICO

TENUEM HANC

STRENAM

MITTIT EDITOR.

(atque Ulmensis) a Schwabio V. C. accurate editus; ambo tamen maxima cum cautione consulendi: quippe qui ligatum Phaedri sermonem solventes, omni interpolationis genere consulto usi, suorum seculorum barbariei vel inviti fuerint obnoxii.

I. Codicem Pithoeanum accuratissime, ita ut mihi quidem paucissimis locis dubii aliquid remanserit*), nuper edidit Berger:

Phaedri, *Aug. Liberti*, *Fabularum Aesopiarum libros quatuor ex Codice olim* Pithoeano, *deinde* Peleteriano, *nunc in bibliotheca Viri excellentissimi ac nobilissimi* Lud. Lepeletier de Rosanbo, *Marchionis*, *Paris Franciae*, *amplissimo Senatui a secretis caet. caet. contextu codicis nunc primum integre in lucem prolato*, *adiectaque varietate lectionis e codice Remensi*, *incendio consumpto*, *a Dom. Vincentio olim enotata cum prolegomenis*, *annotatione*, *indice edidit* Iulius Berger de Xivrey. *Parisiis*, *excudebat Ambrosius Firminus Didot*. MDCCCXXX. 8. pag. 266. Elegantissimae huius editionis nonnisi CCXXV. exemplaria exstant singula suo numero insignita.

Haec autem Berger tradit de Cod. Pithoeano p. 54.:

Le fac-simile, *qui est pris sur la première moitié de la page* 70, *prouvera aux connaisseurs que le manuscrit de Rosanbo n'est certainement pas plus récent que le X*^e^ *siècle. Il est tout entier d'une très-belle conservation. L'écriture est de la plus grande régularité; c'est cette minuscule arrondie du X*^e^ *siècle que les calligraphes de Florence imitèrent au XVI*^e^, *mais en diminuant la dimension des lettres*, *et en ornant leurs majuscules de jolies arabesques; tandis que les manuscrits des IX*^e^ *et X*^e^ *siècles n'ont le plus souvent aucune*

---

*) Exempli gratia Lib. 3. Prolog. v. 52. utrum Cod. Pith. habeat: *potuit si An.*, ut testatur Berger, an: *potuit An.* Lib. 4, 25, 8. falso videtur Cod. Pith. tribuere *ut moris* pro *moris*.

espèce d'ornemens. C'est le cas de celui-ci. Les grandes lettres du commencement des fables sont des majuscules toutes simples, écrites avec pureté et ayant environ trois ou quatre fois la hauteur des autres lettres. Elles sont d'une encre rouge ou tirant sur le violet. Les titres sont d'un beau rouge, ce qui indique facilement à l'oeil la séparation des fables. Car du reste ils sont écrits à la suite des derniers mots de la fable précédente, et, par conséquent, ne commencent la ligne que si la dernière ligne de la fable précédente est entièrement remplie. Quant au corps de la fable, il commence toujours avec la ligne et sa première lettre qui est, comme nous l'avons dit, une majuscule, est toujours à la marge. Tout ce qui n'est pas titre ou majuscule initiale est d'un brun assez clair, mais cependant toujours facile à voir.

Il paraîtrait que le calligraphe, après avoir écrit tout son manuscrit, l'a relu et a corrigé tantôt bien, tantôt à contre-sens. C'est ce qu'indiquent certaines corrections d'une encre un peu plus foncée, mais évidemment de la même main. De-là les doubles leçons pour le même mot.

La séparation des vers n'est nullement indiquée. Les mots y sont ou réunis, ou bien séparés tantôt régulièrement, tantôt à contre-sens, comme dès le commencement hance go polivi.

Le seul véritable signe de ponctuation qu'on y rencontre est le point d'interrogation. Quant au point en haut, en bas, au milieu, et même quelquefois joint à une virgule, il ne signifie rien, le calligraphe, qui paraît n'avoir pas compris ce qu'il écrivait, les ayant placés comme au hasard. Quelques-uns servent aussi de ce que les Grecs appelaient διαστολή.

L'allitération n'y est pas observée dans les mots où nous la plaçons. On la trouve très-rarement, et justement dans les mots où nous n'en mettons pas, comme ammonere *pour* admonere, *page 39 du Ms.*, ammirans *pour* admirans, *pag. 44 du Ms.*, sumtus *au lieu de* sumptus, *etc.*

Les lettres l *et* i *ou* j *au commencement des mots sont absolument pareilles, ce qui fait que* iocus *ne peut se distinguer de* locus *que par le sens.*

*L'*e *y est assez souvent substitué à l'*i, *le* b *au* v *et l'*o *à l'*u.

Les principales abbréviations sont un trait au-dessus de la voyelle, à la place de la lettre m, *le même trait pour indiquer la duplication des consonnes, et sur l'*e *pour* est, q. *pour* que, *conjonction copulative.*

: *pour la terminaison* us *aux datifs pluriels après un* b.

*Un trait au-dessous de l'*e *pour* ae, *diphthongue.*

La reliure est en carton recouvert d'un parchemin tout uni. Le manuscrit est écrit sur un parchemin d'une épaisseur moyenne. Il est in-4°, et contient 54 feuillets, dont les fables de Phèdre n'occupent que les 38 premiers, qui sont numérotés par pages, c'est-à-dire, sur le recto *et le* verso. *Les autres, qui ne sont point numérotés, renferment une espèce d'ouvrage d'histoire naturelle fabuleuse, ou description d'êtres comme les Centaures, etc.*

Au commencement ont été reliés 32 feuillets en papier, qui sont la copie du manuscrit, de la main de Pierre Pithou. Cette copie offre cela de très-remarquable que l'on y voit en même temps la distribution par vers, les leçons du manuscrit, les corrections et tâtonnemens de Pithou, et ses observations en français pour le prote. Ainsi cette seule copie renferme tout le travail de son édition. Une aussi brillante facilité explique les immenses travaux de quelques savants de cette époque. Elle démontre aussi la fausseté de plusieurs idées que l'on s'était formées sur le manuscrit, d'après l'édition de Pithou, qui est la réproduction fidèle non pas du manuscrit, mais de cette copie.

M. Adry, jugeant du manuscrit par l'édition, a établi une comparaison très-fautive entre le manuscrit de Pithou et celui de Reims. « Dans celui-ci, dit-il, les lacunes ne sont point indiquées; tous les mots se suivent, lors même qu'il est évident que plusieurs vers sont omis; et on lit à la fin: Phaedri Aug. liberti liber V explicit feliciter, *quoique le P. Brotier n'en fasse pas mention. Dans le manuscrit de M. Pithou, au contraire, rien n'annonce une fin: il y en avait même un feuillet déchiré à la fin, et il y en avait d'autres dans le corps de l'ouvrage. M. Pitho[illegible] fait la remarque, et il indique ces lacunes par des lig[illegible]. »*

Pithou, ainsi que les autres savants de son temps, ne mettait pas à la fidèle transcription des textes cette exactitude sévère de l'érudition moderne. Comme le prouve sa copie, que j'ai sous les yeux, il copiait le manuscrit, le corrigeait dans les endroits corrompus pour lesquels il trouvait des corrections, indiquait par des étoiles les lieux où, d'après le sens, il devait y avoir des lacunes, sans rendre compte de son travail par aucune note, et en se contentant de mettre à la fin une liste incomplète des variations du manuscrit. Ainsi ces lignes ponctuées n'indiquent nullement des lacunes observées dans le manuscrit, où tout se suit aussi bien, que dans le manuscrit de Reims. De plus, Pierre Pithou ne fait nulle part l'observation, comme le dit M. Adry, qu'il y ait des lacunes dans le corps de l'ouvrage. Quant à ce prétendu feuillet déchiré après la dernière page, voici la phrase de Pithou: „Post hanc postremam lineam abscissi sequentis proxime folii vestigia extant:" *il n'en reste plus la moindre trace aujourd'hui, ce qu'explique cette réunion de la copie de Pithou sous la même reliure que le manuscrit. On aura ôté, en reliant, ce lambeau de parchemin, qui très-probablement était déchiré d'assez près pour n'offrir qu'une partie de la marge sans aucune lettre. Je suis même porté à croire que c'était un feuillet blanc, et voici pourquoi.*

Il semble, à la dernière page, que le calligraphe ait espacé davantage les mots, afin de faire arriver jusqu'au bas de la page ce qui lui restait à copier. Il a même laissé en blanc la fin des deux dernières lignes de l'avant-dernière fable et la fin de la dernière ligne de la dernière fable: ce qui n'a lieu nulle part ailleurs, le titre suivant s'écrivant toujours à la suite des derniers mots; et ce qui me semble prouver que l'original dont se servait le copiste n'en contenait pas davantage. Ensuite, le petit traité, qui vient dans le manuscrit, après les fables de Phèdre, semble assez complet: il commence ainsi:

„Primo namque*) de his ad ortum sermo prorumpit

---

*) Ce *namque* a l'air de la traduction du γὰρ des Grecs, qu'ils placent souvent ainsi au commencement d'un récit, sans l'idée d'aucune conséquence.

quae leviora discretu ab umano (*sic*) genere distant, daturus operam de singulis quae terra fovet mortalium nutrix aut quondam fovisse fertur. Quia nunc humano genere multiplicato et terrarum orbe repleto sub alstris (*sic*) minus producuntur monstra. Quae ab ipsis per plurimos terre (*sic*) angulos eradicata funditus et subversa legimus *cet.*"

L'écrivain avait peut-être commencé à copier ce traité de monstris *avant d'avoir achevé Phèdre, et il avait laissé pour achever celui-ci, la quantité de parchemin qu'il supposait nécessaire. Quand ensuite il le termina, il se trouva une feuille de trop, qui plus tard aura pu être arrachée comme ne servant à rien en cet endroit, et dont les dernières traces ont disparu, lorsque Pithou a fait relier sa copie avec le manuscrit.*

Quoiqu'il en soit de cette conjecture, il ne pouvait toujours y avoir sur cette feuille, comme le suppose M. Schwabe, Phaedri Aug. liberti liber quintus explicit; *d'abord parce que la division en cinq livres (confirmée il est vrai par le manuscrit de Reims) est une correction de Pithou; ensuite parce que l'on ne trouve pas ordinairement dans les manuscrits ces mots-là ainsi rejetés au haut d'une autre feuille. Le calligraphe s'arrange plutôt pour serrer un peu son écriture. Or ici au contraire, comme je l'ai fait observer, il semble avoir eu plutôt l'intention de l'espacer davantage, afin de remplir toute la page.*

Pour en revenir à ces lignes ponctuées, toutes les fois qu'on en voit dans l'édition, il y a dans la copie de Pithou une observation en français pour l'imprimeur, comme: „Fault icy trois lignes d'estoilles."

* * * * * * * *
* * * * * * * *
* * * * * * * *

Quod Pithoeus in fine libelli codicem suum vocat *vet. ex. Cat.* (sic:), duplicem admittit interpretationem, aut *vetus exemplar Catalaunense (de Chalons-sur-Marne)* aut *vetus exemplar Catuacense*, id est,

Duacense: hoc vero probabilius, quum Duaci etiamnunc exstet codex Phaedri, eodem in oppido aliquando repertum esse etiam Pithoeanum descriptum ex illo vel contra.

Pithoeano autem codice ante Bergerum denuo usi sunt Rigaltius, etsi nullum eius rei vestigium exstat in praefatione Editionis Rigaltianae primae *); tum Bongarsius, ut mox demonstrabo; deinde fortasse Anonymus Bergeri **); postremo Brotierius: neutiquam

*) Rigaltii verba haec sunt: „Prima huius auctoris editio accurata bono publico fuit ab clarissimis Pithoeis, summis antiquitatis vindicibus. De secunda (*scil. Rittershusii:*) silere melius puto. Quid iam tertia hac nostra praestitum sit, tute vide et vale. Fabulas aliquot cum V. Cl. P. Danielis chartula calamo exarata collatas habui. Cetera quae e libris Mss. reparari potuissent aut hominum aut temporum invidit iniuria." Sed certum est ex Adryi verbis apud Bergerum pag. 73.: „*Nous donnerons toutes les variantes des quatre manuscrits de Phèdre, savoir: 1⁰. du manuscrit de M. Pithou, qui est encore entre les mains de M. Lepéletier de Rosanbo. Nous les tirerons ou du manuscrit même, ou des notes manuscrites de M. Rigault, écrites en 1599, et que nous avons sous les yeux;*" cet. Reapse Rigaltius in margine Ed. suae primae eiusque repetitionis Hanoviensis 1603. haud paucas varietates Cod. Pith. affert, quas ex Appendice Pithoeana desumere non potuit. Non sine erroribus deinde haec ipsa Excerpta Rigaltiana quae nullam omnino fidem merentur, sicubi abeunt ab expressis testimoniis Bongarsii et Bergeri, repetita sunt a Neveleto 1610, qui ipso codice Pithoei, avunculi sui, usus non est: falsissima enim quaeque eidem tribuit: veluti pag. 643. „Pithoeanus Codex habuit *vi compesceret*": quum contra habeat *ut c.* — pag. 647. „*demisso pene*] Sic emendavit ex vetusto codice Rigaltius, quum in Pithoeano legeretur *dimissis* (sic) *pedibus*." Immo *demissis* (sic) *pedibus* mala coni. dedit Pithoeus, quum ipsius codex haberet: *dimisso* (sic) *pene* cet. Errores autem Neveleti non semel imposuere Criticis, veluti quum Lib. 4, 27. (nostro ex ordine) v. 12. dicit Cod. habere *Quasi paucas tale ostendit*, idque ei credidit Bentleius; sed *tale* mera est menda typographica, quum margo Rigalt. recte habeat *ille*.

**) „*Un des exemplaires de l'édition de Pithou, que possède la Bibliothèque du Roi, est signalé sur le catalogue par les mots* exemplar manu notatum. *M. Van-Praet me l'a communiqué. Ces notes, qui sont de trois écritures différentes (dont une fort petite et d'une lecture extrêmement difficile doit être du temps de Pithou et Rigault) indiquent plusieurs variantes des manuscrits de Pithou et de Reims, et des renvois à certains passages d'auteurs grecs et latins qui peuvent offrir des rapprochemens avec certains passages de Phèdre. De ces deux genres de notes, le premier devient inutile, par le texte et les variantes que nous publions; et le second*

vero Gudius, cuius ipsius verba satis ab hac opinione removere debebant editores: pag. 35. *Crocodilis*] Ms. Remensis habet *Corcodilis*, neque aliter in Pithoei vetustissimo libro fuisse notavit in excerptis variarum lectionum editionis suae editis. Et pag. 39. „Pithoeus edidit *Et dolos*, fortasse librum suum secutus." pag. 70. „Nescio an ex Ms. suo Pithoeus edidit: *egressa e cavo!*" Quod si ipse Pithoeanum Cd. inspexisset, nunquam tam dubitanter locutus esset.

II. De Codice Remensi primum referemus omnia, quae de eo attulit Berger, pag. 21.:

Quant au manuscrit de l'abbaye de Saint-Remi de Reims il a péri dans l'incendie de cette bibliothèque en 1774. C'est celui qui a le moins servi à la critique. Le R. P. Sirmond avait extrait en passant à Reims les variantes qu'il présentait, comparées avec l'édition de Pithou). Depuis le P. Brotier prétendit s'être servi, pour réproduire ces variantes, d'une copie du manuscrit de Reims faite par D. Vincent. „Il s'appuie, dit M. Adry, de l'autorité de cette copie, même pour les deux premières pages, ce qui m'étonne et voici pourquoi: D. Vincent s'était contenté de mettre les variantes du manuscrit de Reims, sur une édition de Phèdre in-12, Paris,* Vid. Brocas, 1743, *qui se trouve à la Bibliothèque du Roi.*

Au bas de ce prologue, ce bénédictin a écrit: „J'ai manqué dans le temps, et je ne sais comment, de vérifier ce prologue et la page suivante" (c'est-à-dire, jusqu'au vers qui dissolutos mores etc.*, de la seconde fable.)*

pag. 77. *Quant aux variantes recueillies par D. Vincent, je n'ai eu qu'à copier, mais j'y ai mis la plus grande exac-*

---

ne rentre pas dans le plan de cette édition." Berger pag. 80. Utinam vero Vir doctus hanc quoque paucarum pagellarum varietatem nobis dedisset, ut examen instituere possemus, utrum e Cdd. ipsis, an ex editionibus tantummodo hausta sit, et, si e Cd. saltem Remensi ipso, an quidpiam conferat ad supplendam atque emendandam eam, quam ex eodem prompserunt Gudius et Vincentius!

*) pag. 9. „*Rigault s'en servit pour l'édition de Phèdre, qu'il publia en* 1617 *sous ce titre:* Phaedri Aug. liberti fabularum Aesopiarum libri V., nova editio. Oliva Rob. Stephani 1617. *in*-4°.

titude. L'abbé Pluche, dans le spectacle de la nature (*Tom. VII.* pl. *XXI.* pag. 244.) *a laissé un spécimen de l'écriture du manuscrit de Reims, sur lequel il dit seulement, après avoir donné deux autres extraits: „Le dernier est le manuscrit du IX*[e] *ou X*[e] *siècle, qui a servi à donner au public les fables de Phèdre"* *). *„Ces trois extraits, disait-il auparavant, m'ont été communiqués par Dom le Vacher, bibliothécaire de l'abbaye de St.-Remi." M. Schwabe a reproduit très-exactement le* fac-simile *de ce spécimen dans ses* Bemerkungen über die neueste Litteratur des Phaedrus (Seebode, Neues Archiv. 2ter Jahrg. 3. Heft. p. 1.) *On verra qu'en effet ce manuscrit doit avoir été environ du même temps que celui de Rosanbo, et non pas du VII*[e] *siècle comme le prétend D. Vincent dans sa lettre à l'un des gardes de la Bibliothèque du Roi, dont l'original se trouve joint à l'exemplaire en marge duquel il a écrit les variantes du manuscrit de Reims. Voici cette lettre:*

Monsieur,

Aussitôt mon arrivée, je me suis fait un véritable plaisir de tenir ma parole. Je vous envoye le texte de notre Phèdre, avec les fautes et les bévues de notre copiste. A sa façon d'écrire vous jugerez aisément qu'il avoit sous les yeux un manuscrit ancien. Ainsi, par exemple, donnant au c *le son du* q, *et mettant des* o *pour des* u, *il a écrit* qui *ou* qoi, quoi *pour* cui: *ainsi il dit* intellego *pour* intelligo *etc.*, ingrabantibus *pour* ingravantibus, *etc. J'avais jugé par le caractère, que notre manuscrit devait être de la fin du VII*[e] *siècle ou du commencement du suivant. J'en envoyai un spécimen à M. de Foncemagne. Je crus même qu'il ne serait pas inutile d'en donner une courte notice ainsi que de* l'Aularia **) *qui y étoit jointe. Elle se trouve dans l'almanach de Reims,* 1774.

Je suis avec respect, Monsieur etc.

L. X. Vincent.

St.-Remi de Reims, le 6. Octobre 76.

---

*) Manifestus hic est error.

**) Iis, quae Vincentius disputavit de Pseudoplauti Queroli Cd. Remensi, nondum uti potui in Epistola critica ad Madvigium.

P. 81 : Notice de Dom Vincent sur le manuscrit de Phèdre qui est dans la bibliothèque de l'abbaye de St.-Remi.

Je ne sais sur quel fondement est appuyée l'idée que l'on a communément que le Phèdre de la bibliothèque de St.-Remi est celui qui a servi à l'édition qu'en a publiée Pithou. Nombre de personnes et les gens de lettres même que j'ai eu occasion de voir se l'imaginent. Il est cependant facile de les désabuser en leur citant le Tom. IV. an 1704 de la bibliothèque de Jean Leclerc (page 246 et suiv.): ils y apprendront que Pithou donna le premier les fables de Phèdre, d'après un manuscrit qui lui étoit particulier; ils y verront plusieurs raisons qui prouvent la différence du texte de Pithou d'avec celui de Reims; un détail serait inutile; j'y renvoie. Il suffirait presque d'avertir que, quelque ancien que soit celui-ci (il ne passe pas le VIIIe siècle), il n'est cependant pas aussi entier que celui dont Pithou a fait usage, et les vers n'y sont pas distingués). Mais pour accorder les uns et les autres, le fait est que Pithou donna sa première édition sur un manuscrit qui lui appartenait, et que depuis il eut connaissance de notre manuscrit, d'après lequel il donna une autre édition**).*

*J'ai lu dans les Ephémérides troyennes de l'année 1765, que ce manuscrit de Pithou était disparu depuis du temps, et que l'on soupçonnait que le manuscrit de St.-Remi fût celui-là même. „Le collège (de Troyes) a une bibliothèque formée des débris de celle de MM. Pithou, dit Grosley. Elle eut autrefois le manuscrit unique des fables de Phèdre, sur lequel M. Pithou les avait données au public: ce manuscrit est passé, on ne sait comment, chez les pères Bénédictins de St.-Remi de Reims. Nous allons en joindre ici la notice en faveur des savans qu'intéressent les monumens de cette espèce. Ce manuscrit, forme d'*in-octavo *très-allongé, est en vélin ou parchemin; l'écriture paraît être du neuvième siècle.*" (*Ce*

---

*) *Ce n'est pas cela, comme on l'a vu, qui constitue la différence.* Berger.

**) *Cette assertion est entièrement fausse. D. Vincent confond ici Pithou avec Rigault.* Berger.

que je viens de dire détruit ces assertions.) „*On lit en tête:* impressus est iste auctor ope huius exemplaris." *Cela est vrai, et il n'est pas moins vrai que celui qui a écrit ces mots s'est trompé.*

Usi igitur sunt Cod. Remensi Rigaltius e schedis Sirmondi, Gudius ipse, Vincentius, cuius collationem accurate descriptam contextui Cod. Pithoeani praemisit Berger, denique Brotierius e schedis eiusdem Vincentii. Sed in his nonnulla sunt, quae non carent reprehensione. Ante omnia dolendum sane est obscuram illam et in puerorum usum mutilatam Editionem Parisiensem apud viduam Brocas 1743 ab eo prae meliore aliqua et integra delectam esse, quacum contenderet codicem suum. Hinc factum est, ut, quum ne Berger quidem in locis saltem gravioribus retulerit, quamnam lectionem expresserit editio illa Parisiensis, nec vero nobis eam consulere licuerit, necessario incerti interdum remanserimus de lectione Cd. Remensis. Praeterea comparata quum varietate a Gudio enotata, tum simillimo Codice Pithoeano, dubitari nequit, quin haud pauca vel, quia nimis vitiosa sibi viderentur, vel etiam ἀβλεψίᾳ omiserit doctus ille Benedictinus. Exempli gratia non reperimus in Vincentii Schedis lectiones Gudio memoratas Lib. I. F. 12. v. 14. *Utilla*; 15, 9. *senes*; 17, 3. *cum mendasse*; 18, 3. *gemitus conciens*; 27, 3. *thensaurum*, cet. Praeterea mirae negligentiae culpam in se admisit haud conferendo codicis initium usque ad Lib. I. Fab. 2. v. 14. Nam in hoc non in v. 12., ut ait Adry, incipit collatio Vincentiana. Attamen e Rigaltio et Gudio, quibus Brotierius in iis, quae praecedunt I, 2, 14., usus videtur, innotuerunt hae sex Rem. Cd. lectiones:

Prolog. v. 3. *dos* (teste Rig.) Fab. 1. v. 3. *fauce improba* (teste Rig.) v. 7. *queris* (teste Gud. sicque Cd. Pith.) Fab. 2. v. 4. *Hic* (teste Gud.

sicque Cd. Pith.) v. 7. *gravis omnino insueti sonus* (teste Gud. = *gravis omnino insuetis onus* Cd. Pith.) v. 12. *ut compesceret* (teste Gudio pag. 23. sicque Cd. Pith.)

Hoc vero firmiter tenendum est, omnem varietatem a Gudio e *Ms.* allatam, etiam si non semper addiderit *Rem.*, (quod tamen crebro facit) non aliunde haustam esse quam e Cd. Remensi. Velut in his sex lectionibus tertiam *queris*, quartam *hic*, quintam *gravis* cet. non potuit desumere ex Appendice Pithoeana, ubi non memorantur, et in sexta *ut compesceret* a Pithoeo relata, addit „*Ms. Rem. et Pith.*" Quod vero in prima *dos* Rigaltii tantum testimonio utitur, ex eo explicandum est, quod variis temporibus et quattuor in exemplaribus annotationes suas exaravit. Illa igitur, in qua disputat de lectione *dos*, eo tempore literis mandata videtur, quo nondum Phaedri codicem Remensem excusserat. Supplere igitur et corrigere interdum e Gudii curis debui schedas Vincentii; quo facto et instituta continua comparatione Pithoeani intellexi vix fieri posse, ut in Remensi multae lectiones bonae frugis delituerint, quae utrumque, et Gudium et Vincentium, fugerint.

Interna autem indoles Cd. Remensis eiusmodi fuit, ut aliquot lectiones meliores Pithoeanis continuerit, veluti statim primas illas *dos* pro *mos*, *fauce* pro *face*. Omnino Remensem antiquiorem puto fuisse v. c. Lib. 2, 9, 1. ubi nunc e Cd. Perotti et ex felici Gudii coni. legitur *Aesopi ingenio*, Rem. habebat *Aesopi ingentem*, vestigium igitur veritatis, Pith. vero vulgatam ante Gudium *Aesopo ingentem*. Et sic complura in Pith. prorsus corrupta reperies, quae nonnisi e scriptura levius affecta Remensis explicari possunt. Quod autem ad totum corpus pertinet, adeo sunt similes Rem. et Pith., ut hic ex illo vel uterque

ex eodem exemplari videantur descripti. Correctiones autem a secunda manu in Remensi factae eiusmodi sunt, ut pleraeque a recentiore aliquo philologo ex Pithoei et Rigaltii Edd. profectae videantur. Novi certe nihil continent.

III. Vetus Danielis chartula Sec. XII. variis nominibus insignita asservatur etiam nunc in bibliotheca Vaticana. Asseverabant vulgo in ea exstare XXI. priores fabulas Libri primi *). Sed accuratius quum nuper sit inspecta a Goettlingio V. C. (cfr. Schwabii V. C. scriptiunculam in *Seebode Neuem Archiv.* 1829. N. 46.) eius ex testimonio septem dumtaxat Libri primi fabulas continet; eae sunt 11. 12. 13. 17. 18. 19. 21. Hoc autem si verum est, quonam modo Rigaltius potuit referre in fabulae 16, v. 1. veterem Danielis chartulam habere *nomen quum locat*, quomodo in fabulae 20, v. 5. idem Rigaltius atque Heinsius: „V. Dan. Cod. *ebibere*" (pro *bibere*) et ad vers. 9. rursus Rigaltius: „*Tò ibi* abest a C. Danielis" — ? Novem igitur fabellas hic in schedis istis repererat. Iam vero constat e mero errore esse, quod Heinsius in Prologi v. 4. affert *prudenti* e Vetere Codice, Danielis, ut opinabantur; quum sit potius Bongarsii coniectura.

Sed quo melius totius fragmenti indoles perspiciatur, integram eius varietatem hic iunctim exhibebimus cum singularum lectionum auctoritatibus, videlicet Rigaltii (*R.*), Heinsii (*H.*), Gudii (*G.*). Quae asteriscum habent, a nobis receptae sunt.

1) Lib. I. XI. 6. * *ipse exciperet* H.
2) „ „ 6. *auriculus* R. H.
3) „ „ 7. *Clamorem subitum* R.
4) „ „ 7. *totis tollit* H.
5) „ „ 10. * *affliguntur* R. H.

*) Non, ut ait Berger pag. 9, secundi.

6)	Lib. I.	XI.	13.	* *Qualis videtur opera tibi vocis meae* G. Sed: *Qualis tibi vocis meae videtur opera* R.
7)	»	»	15.	* *fugissem metu* R. H.
8)	»	XII.	1. 2.	*Saepe esse utiliora, quae contempseris Eius* (R. G. *Eiusce* H.) *rei testis haec narratio est.* R. G. H.
9)	»	»	4.	*fagiem* H.
10)	»	«	12.	*dedisse vocem hanc* H. sed: *vocem hanc dedisse* G.
11)	»	»	14.	* *Utilia mihi quam fuerint* R. H.
12)	»	XIII.	1.	*Qui se laudari gaudent verbis subdolis Sera dant poenas turpeis poenitentia.* R. Sed: *Quae* (sic) *se laudari gaudent verbis subdolis Serae dant poenas turpes poenitentiae.* H.
13)	»	»	5.	*Vulpes ut vidit dehinc* R. Sed: *Vulpes ut vidit deinde* H.
14)	»	»	7.	*decorem* R. H. G.
15)	»	»	9.	„Mss. habent *latiorem dum* et *dum etiam.*" H. Videntur haec, ut N. 18. desumpta e barbaro aliquo fabularum scriptore, ut sunt Romulus et Anonymus Nilantii.
16)	»	»	11.	*vulpis* H.
17)	»	»	12.	*Tunc* H.
18)	»	»	12.	„Mss. libri hic exhibent: *Corvus cur dolosis fuisset deceptus fraudibus ignavius.* Vossii codex habet: *Cerdonis dolos.*" H.
19)	»	XVI.	1.	*Fraudator nomen quum locat sponsore improbo* R.
20)	»	XVII.	3.	* *Commodasse* R. H. G.
21)	»	»	5.	*Debere* H.
22)	»	»	8.	*Videns* (unde coni. * *Bidens*) H. G.
23)	»	XVIII.	6.	*inquit, illa* R. H. G.
24)	»	»	6.	*confido hoc loco* H.
25)	»	»	7.	*initium* H.

26) Lib. I. XIX.	4.	*tugulio* R.	
27) „ „	9.	*coepit illa si* H. (ut Pith. et Rem.)	
28) „ XX.	5.	* *ebibere* R. H.	
29) „ „	6.	* *Periere* R.	
30) „ XXI.	7.	* *Infestis* R.	
31) „ „	9.	* *extudit* R. H.	
32) „ „	10.	*fero* Scheffer.	

Ex his XXXII. lectionibus, (quarum duas dumtaxat (2. et 27.) habet communes cum Pith. et Rem., necessario emendatas ab Edd.) apparet totam indolem Codicis Danieliani admodum diversam esse a Pith. et Rem. Manifesto verae sunt novem: 1. 5. 7. 11. (etsi ducibus Pith. et Rem. etiam legi posset: *Ut illa mihi profuerint.*) 20. 28. 29. 30. 31.

Pares receptis e Pith. et Rem. tres: 4. *totis tollit* = *tollit totis* Pith. Rem. 16. *vulpis* = *vulpes.* 17. *Tunc* = *Tum.*

Lectiones haud improbabiles quinque:

3. 14. 23. 24. 32. *fero*)(*tuli* Pith. Rem. Scil. *tuli* oriri poterat ex ultimo v. versus praeced. *extudit.*

Error, e quo facili coniectura egregia prodiit lectio, unus: 22.

Errores manifesti septem:

9. 10. 13. 18. 21. 25. 26.

Lectiones incertae duae:

6. 15. (quae quidem ad hunc Cod. pertinere nequit.)

Lectiones, quae interpolationis speciem habent, tres:

8. 12. 19.

Has scilicet ultimo loco ideo collocavi, ut in huius ipsius capitis fine meam suspicionem proderem, Codicem istum aliquando integrum, vel etiam eius exemplar, quamquam haud paucis in rebus praestabiliorem ceteris duobus inter se simillimis, tamen in prooemiis praesertim fabularum ab homine non prorsus indocto

interpolatum esse. Nolim autem eorum opinioni accedere, qui totum Phaedrum mire interpolatum ad nos pervenisse arbitrantur. Sunt enim etiam nunc homines nonnulli ita ab omni Latinitatis scientia destituti, ut minime intelligant hanc haud nimis admirabilem et artis poëticae facultatem et sermonis non semper puri consuetudinem prorsus cadere in Graeculum libertum, qui Tiberio imperatore vixerit: neutiquam vero in posteriorem aetatem, saltem post Traianum. Equidem si vel paullo a Phaedro Phaedrus noster discreparet, in alia omnia irem. Nunc vero, omnibus accurate pensitatis, haec mea opinio est, ut in his fabulis Phaedrum ipsum, sive Thracem, sive Macedonem, Augusti libertum, potius agnoscam quam ullum falsarium. Paucae autem interpolationes, facillime agnoscendae, quas habemus in Cod. Rem. Pith. et Dan., versantur potissimum in promythiis: cfr. Lib. IV, 24, 1.; una autem Pith. in corpore ipso fabellae Lib. IV, 23, 2. prorsus ἄμετρος mature eiecta est. Similiter glossae per se ipsae sese prodiderunt Lib. I, 15, 1. Lib. I, 22, 7. Lib. I, 25, 7. Lib. I, 28, 1. Lib. III. Prolog. v. 51. Lib. III, 17, 4. Lib. IV, 9, 1.

IV. De Codice Nicolai Perotti, quum omnia iam pervulgata sint, haec sufficiant: continet is praeter paucos versus e Prologis Phaedri Lib. III. et IV. Perotti Prologo furtim insertos Phaedri fabulas, decurtatas tamen prooemiis atque epimythiis, XXXII. scilicet:

Libri II. Fabb. 6. 7. 8. Partem Epilogi Lib. II. Libri III. Fabb. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Libri IV. Fabb. 19. 20. 21. 23. 24. Libri V. Fabb. 1. 2. 3. 4. 5.

Merito hinc colligimus Perottum usum esse Codice Phaedri admodum mutilo; nulla enim alia ratio excogitari potest, cur abstinuerit a toto libro primo ac

priore secundi parte in συναγωγῇ sua compilanda. Mihi Perotti exemplar fuisse videtur originis Italicae adeoque lectionis a Gallica illa Pith. Rem. Dan. satis diversae. Triplex autem genus est lectionum Perottinarum. Nam interdum, ubi depravata erat familia Gallica, haec Italica, vel sola, vel etiam firmans sagacissimas quasque Criticorum coniecturas, veram poëtae manum servavit; interdum integros versiculos, qui ex Rem. et Pith. exciderant, nemini certe praeter Phaedrum ipsum tribuendos. Cfr. v. c. Lib. 5. Fab. 1. extr. 2. initio. Iam talia, quae se interna sua veritate commendabant, minimeque Perotto, homini Latinitatis haud nimis perito, adscribi posse videbantur, sine haesitatione, Schwabii et Zellii exemplum secutus recipienda duxi.

Rursus insunt lectiones partim prorsus ἄμετροι, partim ineptae atque absurdae, velut L. 2, 8, 4. pro: *Et opportuno se bubili condidit:* — *Et inter bubulos rusticus se condidit*; 3, 2, 13. pro: *ipsos pastores necat:* — *ipsius pastorem necat*, ac similes; in quibus profecto nescias, utrum ita iam corrupti fuerint in ἀρχετύπῳ a Perotto exscripto, an ipse, quum in illo essent aliquanto levius depravati, medicam manum adhibere conatus magis etiam eosdem contaminarit: id pro certo affirmare possumus, nunquam futurum fuisse, ut tam deturpatos eos dedisset, si integros reperisset in ἀρχετύπῳ. Etsi enim parum elegans erat poëta, minime tamen tantus stupor ac paene libido sana corrumpendi debet imputari homini non prorsus inscito. Namque, ubi reapse eiusmodi stoliditatis reus videtur, veluti 2, 8, 14. *tum gaudens cervus* pro: *tum gaudens ferus*, et 4, 25, 29. *ruina domus* pro: *ruina camarae* cet., ante omnia nescimus, utrum sic invenerit in ἀρχετύπῳ, an idem fere fecerit, quod etiamnunc solent facere,

qui chrestomathias in primos puerorum usus compilant, verba nimis difficilia et longe quaesita cum facilioribus commutantes. Sic ille interdum videtur fecisse, metri parum curiosus. Omnino autem nunquam obliviscamur oportet, minime criticum agere voluisse Perottum, sed unice Pyrrho nepoti fabularum potissimum et epigrammatum συναγωγὴν adornare, facili opera utilia cum dulcibus complexum. Quo etiam minus suspicari licet, ab homine admodum tumultarie istud negotium exsecuto tot ac tam egregias lectiones excogitatas esse, quot exhibet eius opusculum. Immo — et hoc quidem genus tertio loco pono — ea una culpa, si tamen tale consilium sine ulla fraude susceptum culpae nomen meretur, pro certo ei apponi potest, quod Phaedri fabellas, prorsus ut Avienianas a se selectas et mutilatas, promythiis et epimythiis ridiculum saepe in modum truncavit, veluti quum festinans ita contraxisset 4, 21, 1—6. (ubi vide:)

Heu quantus est semper mortalium livor!
Sunt qui quidquid putant dignum memoria,
Aesopi dicunt; si quid minus adriserit,
A me contendunt fictum quovis pignore;

versiculo sequente inconsiderate ita perrexit:

Quem *volo refelli iam nunc responso meo,*

ac demum animadverso soloecismo, reposuit: *Quos.* Haec igitur et talia, veluti 2, 8, 27. *Praedamque tollit quam paraverat casus* pro: *Praedamque tollit. Haec significat fabula Dominum videre plurimum in rebus suis*, utique alii nemini nisi Perotto tribuenda sunt, quum in mediis fabulis non liqueat, quid alii ante ipsum sibi permiserint.

Iam, quum vidissem, quales senarios effuderit ipse Perottus *Cod. Per.* Vol. I. p. 252:

Contrari, *indoctis omnibus contrarie*,
Et gratus doctis et cui grati sunt docti,
Quem tot simul ornant naturae munera,
Ingenium cui dives et ubertas linguae;
Qui es tam disertus, *voce* ut *placares feras*,
Et imis *mortuos traheres sepulchris;*
Qui quodcunque libet docta pingis manu
Polygnoto maior atque Aglaophonte,
Et Zeuxim superas atque Parasium (sic)
Protogenemque Pamphilumque et Melantium
Theonemque Samium Euphranoremque,
Cui sponte doctus palmam daret Apelles:
Quid saevam tantum paupertatem quereris?
Nec facit bonos illa nec facit malos,
Obsuntque saepius, quam prosunt, divitiae:

haud cunctatus sum eorum sententiae accedere, quibus pro certo persuasum est, Fabulas XXXII. ab uno Perotto servatas huic homini omnino tribui non posse: nimis enim, quamvis tenues sint et exsangues, superant poëticam nostri Episcopi facultatem. Minime contra discrepare videtur et inventio et genus dicendi per se spectatum a Phaedro dudum noto. Ergo has quoque fideliter ex Iannellii Cod. Perottino repetii, notata varietate Cassittii, cet. ex diligentissima V. C. Zellii cura. Ita, quod ad Phaedrum attinet, secure carebit philologus Iannellii libro apud nos rariore; nam quod ad ipsius opiniones attinet, praestat de iis silere, quam vel simplicem earum mentionem iniicere: adeo abreptus est in plerisque a caeca Codicis, quem primus edidit, admiratione, ut interdum aperte falsa miris argutiis defendere conaretur. Sic quoque tamen hominem bene meritum existimo de Phaedro.

V. Editio princeps longe rarissima haec est:

Phaedri || Avg. Liberti || Fabvlarvm || Aesopiarvm || Libri v. || *Nunc primum in lucem* || editi. || Avgvstobonae tricassivm || Excvdebat Io.

Odotivs || Typographus Regius. || Anno cIↃ. IↃ. xcvi. || *Cum privilegio*. 12. pagg. 67. numeris insignitae et 3. sine numeris.

(pag. 2.) Petro Pithoeo an- || tiqvitatis vindici.

Phrix (sic) *ille servus, mente sanus libera*
Graecas iocosus fecit ex re fabulas,
Adfabulatus quae docerent Socratem;
Graecis trimetris vinxit illas Babrius
Et post Latinis Phaedrus olim Caesaris
Libertus Augusti, stylo atque tempore
Par proximusve Laberio vel Publio,
Quem nunc tenebris erutum Orcinae specus,
Pithoee, superis reddis auris, maximam
Initurus a me gratiam, imo ab omnibus,
Spero, eruditis: caeteros nihil moror,
Quis prisca sordet litterarum puritas.
Tantum o viderem doctiores Principes
Quam litteratos servolos, quales erant
Aesopus et libertus iste Principis.

Q. Sept. Florens christianvs.

(pag. 3.) P. Pithoevs Francisco || Fratri.

Reddo tibi, Frater, pro novellis constitutionibus Imperatoris, veteres fabellas Imperatorii liberti, et quantum quidem coniicio, Tiberii, atque adeo post Seianum damnatum. nam quis istos deinceps laudavit unquam? Eius scriptoris qui meminerit ex veteribus nullum dum reperi praeter unum Avienum, quem etiam Virgilii fabulas iambis scripsisse tradunt. Thracem se fuisse ipse innuit et Graeciae vicinum, ut nec ii libelli Senecae fidem elevent testantis Aesopios logos intentatum Romanis ingeniis opus. Senem admodum scripsisse praeter seniles de aetate querellas, vel illa arguunt, quod se D. Augustum ius dicentem audiisse et Cilnii Maecenatis Bathyllum saltantem vidisse significat. Cuicui vero ille alapas et libertatem debuerit, tibi certe, Frater, iam vitam debet, quam temporum iniuria paene sepulto exemplaris a te reperti beneficio restituere conatus sum. Ita tu patronus Phaedro,

ego adsertor ac vindex vel non idoneus, sine satisdatione tamen venio, et Augusti libertum vel libertinum potius, privatus hac etiam parte testabilem publicique iuris facio: tu illi adsis ac faveas modo, qui et poëticis voluptatibus aures a forensi asperitate respirare non ignoras, et hoc figmenti genus a veri professoribus usque adeo non esse alienum, ut a Socrate ipso Aesopi λόγους versibus redditos Cebes apud Platonem in os laudaverit. Have, mi frater, et inter istam publicam luem salve ac vale.

Tricassib. X. KL. Septembres reb. prolatis, ann. ꝏ. IↃ. XCVI.

(pag. 67-69.) *VETVSTISS. CODICIS SCRIPTVRA.* (non tamen integra.) In fine: *versu ultimo* Filitr, *sic vet. ex. Cat.* (non, ut refert Berger: *vet. ex Cat.*) *in quo post hanc postremam lineam abscissi sequentis proxime folii vestigia extant.*

Iam quum nemo adhuc, ne Berger quidem, omnem lectionem Ed. principis enotasset, unde, ut fit, permultae dubitationes de eo, quod re vera Pithoeus vel emendasset vel etiam corrupisset, atque omnis generis errores orti erant, nihil antiquius habui, quam ut sedulo per totum editionis tempus excuterem Bernense exemplar a capite ad calcem a Bongarsio cum ipso Cod. Pithoeano collatum, cuius varietati satis accurate enotatae suas quoque inseruit aliquot coniecturas et suspiciones, nunc demum inventori restitutas. Pleraeque videlicet iam notae erant, sed aliis tribuebantur. Non alium autem quam Cd. Pithoeanum tractatum esse a Bongarsio non solum inde apparet, quod praeter duas tresve levissimas varietates in omnibus consentit eius collatio cum Bergeriana omnino accuratiore, sed ex eo maxime, quod in fine haec subscripsit: „*Sequitur in v. c. libellus de variis monstris ac portentis et fabulis Graecorum et al.*" Magno adiumento autem pretiosissimum hoc exemplar mihi fuit ad opusculum meum ea cum accuratione, qua

par erat, perficiendum; unde hoc loco merito summas gratias ago VV. CC. Drechselio et Usterio, qui benigne mihi eius copiam fecerunt.

Habes igitur poëtae verba, quantum potui, probabiliter constituta ad codicum fidem, subiecta integra varietate Codicum et Edd. Pithoeanae atque Schwabianae: singulis emendationibus et coniecturis, quas memorare operae pretium videbatur — permultas enim et minus probabiles et aperte falsas facileque apud Schwabium in primis reperiendas consulto praetermisi — primi auctoris nomen subiicitur.

Eum autem unum ob finem etiam Phaedri suscepi editionem, ut post hos CCXXV. annos tandem pro certo constaret de singulorum eius verborum auctoritate; quantum nunc quidem fieri potest. Incredibile est enim, quot et quanti errores in tenui hoc opusculo adhuc commissi sint, non magnâ quidem, sed tamen nonnullâ Editorum culpâ. Verum ii, qui me vel in levissimis rebus correcturi sunt, necesse est habeant Bergeri curam, Pithoeanum exemplar Bernense, Iannellii Codicem Perottinum, praeter eam, quae facilior paratu est, Burmannianam editionem cum annotationibus variorum anni M. DCC. XVIII. Ceteros, qui Schwabio dumtaxat utentur, nihil moror. Nam is, ut fieri fere aliter non poterat, confundit lectiones in primis Cdd. Pith. et Rem. talem in modum, ut evolvere exitum istarum turbarum unice ope Bergerianae editionis potuerimus. Minime tamen propterea reprehendo virum praestantissimum et de Phaedro optime meritum: nam ante subsidia nuper reperta eidem culpae ego quoque aliquando affinis fuissem, si prius unquam de Phaedro edendo cogitassem.

Signa, quibus usus sum, haec sunt:

P. = Codex Pithoeanus.

R. = Codex Remensis: ea scil. varietas, quae vel

a Vincentio vel a Rigaltio vel a Gudio vel ab his omnibus διαῤῥήδην huic Codici tribuitur.

g. = Varietas, quae a Gudio solo sic notatur: *Ms.;* qui tamen liber, ut praedixi, alius a Remensi esse nequit.

D. = Vetus Danielis chartula: eademque Cod. Petavianus, Vossianus, Schedae Regiae.

N. = Codex Nicolai Perotti, ex fide Iannellii dumtaxat, ratione habita etiam Schedarum Dorvillianarum. Hae ubi falsi aliquid exhibent, simpliciter in parenthesi adieci: N. (non . . .)

A. = Anonymus Nilantii.

p. = Editio princeps Pithoeana.

S. = Editio Schwabiana. Cetera compendia per se intelliguntur.

Quum typotheta a me postularet, ut longiorem etiam redderem hanc praefationem, rem enim fore prorsus inauditam ac pessimi exempli, si pagella vacaret, ego nihil addendum habui nisi

NICOLAI PEROTTI AD PYRRHUM NEPOTEM PROLOGUM.

Non sunt hi mei, quos putas, versiculi,
Sed Aesopi sunt, Avieni et Phaedri:
Quos collegi, ut essent, Pyrrhe, utiles tibi,
Tuaque causa legeret posteritas
Quas edidissent viri docti, fabulas.
Honori et meritis dicavi illos tuis
Saepe versiculos interponens meos,
Quasdam tuis quasi insidias auribus;
Solet quippe iuvare ista varietas.
Hos si leges, laetabor, sin autem minus
Habebunt certe, quo se oblectent, posteri.
Nunc fabularum *cur sit inventum genus*
Brevi docebo: *Servitus obnoxia*

Quia quae volebat non audebat *dicere*,
Affectus proprios in fabellas transtulit,
Calumniamque fictis *elusit iocis*.
Redeo, unde dicessi, ad *libri dotes mei:*
Hunc obtrectare si volet malignitas,
Imitari dum non possit, obtrectet licet:
Mihi magna laus est, quod tu, quod similes tui
Labores libenter legant usque meos
Dignosque longa iudicent memoria.
Semper fucatae plus vetustati favet
Invidia mordax quam bonis praesentibus.

Scribebam Turici Helvetiorum Kalendis Ianuariis M. DCCC. XXXI.

PHAEDRI AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER PRIMUS.

[PROLOGUS.]

Aesopus auctor quam materiam repperit,
Hanc ego polivi versibus senariis.
Duplex libelli dos est: quod risum movet
Et quod prudenti vitam consilio monet.
Calumniari si quis autem voluerit,
Quod arbores loquantur, non tantum ferae,
Fictis iocari nos meminerit fabulis.

[FAB. I.]

LUPUS ET AGNUS.

Ad rivum eundem lupus et agnus venerant
Siti compulsi: superior stabat lupus

Prolog. Index: *Phaedri*] — *Fedri* P. Vers. (1) *repperit*] P. p. = *reperit* S. (2) *Hanc*] P. S. — *hancce* p. || *senariis*] p. S. — *senareis* P. (3) *dos*] R. teste Rig. S. — *mos* P. p. „Littera *m* addita est posterius. Librarius scripserat *os* (*libellis os* Rig. Ed. prima prob. Gronov. Or.) Editores *dos*." Berg. (4) *prudenti*] Bongars. Rig. Heins. quasi e Vet. Codice. S. — *prudentis* P. p. „Nullum est hic retractantis manus indicium, ut ex Heinsio ac Brotierio putat doctissimus Phaedri editor Sam. Schwabe." Berg.

Fab. I. In Fabularum indicibus secutus sum Cd. P. (2) *compulsi*] p. S. = *conpulsi* P. et sic fere semper *inprudens* cett.

Longeque inferior agnus. Tunc fauce improba
Latro incitatus iurgii causam intulit.
Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi
Aquam bibenti? Laniger contra timens:
Quî possum, quaeso, facere, quod quereris, lupe?
A te decurrit ad meos haustus liquor.
Repulsus ille veritatis viribus:
Ante hos sex menses male dixisti mihi.
Respondit agnus: Equidem natus non eram.
Pater hercule tuus, inquit, male dixit mihi.
Atque ita correptum lacerat iniusta nece.
Haec propter illos scripta est homines fabula,
Qui fictis causis innocentes opprimunt.

[FAB. II.]

RANAE REGEM PETIERUNT.

Athenae quum florerent aequis legibus,
Procax libertas civitatem miscuit
Frenumque solvit pristinum licentia.
Hîc conspiratis factionum partibus

(3) *fauce*] R. A. S. — *face* P. p. „Heinsius et Faber *fauce*: emendatione (sed est lectio Rem. (teste Rig.) et Anon. Nil. Or.) quam in textum recepit Schwabius." Berg. — *fame* Ritt. Bentl. (5) *Cur*] p. S. = *Quur* P. (6) Sic A. (et Rig. teste Zellio.) — *turb. mihi fecisti Aquam bibenti* P. — *turb. mihi fecisti aquam Istum bib.* p. („Emendatione a ceteris (minime vero ab omnibus: Or.) recepta quasi esset scriptura codicis." Berg.) — *turb. fecisti mihi Istam bib.* Burm. S. (7) *quereris*] p. S. — *queris* P. g. (10) — *ait male dixisti* P. R. (teste Gudio.) p. Sed quum A. omittat *ait*, hoc v. delevi, ut infra 30, 7. ∞ *male ait dixisti* Gud. S. (Remensi *ut* tribuunt Heins. et Desbill.) (11) ∞ *Respondet* Bentl. (12) *hercule*] Rig. S. — *hercle* P. p.

Fab. II. (Index.) *Rane* P. ut fere semper *e* pro *ae*. Semel notamus. Tum P. semper *cum*, non *quum*. Contra R. saepe *quum*. (4) *Hîc*] P. R. teste Gudio. Bentl. „Haec vox prima manu scripta est neque inter versus adiecta, neque in margine, quemadmodum se invenisse ait Heinsius." Berg. (Heinsius simpliciter notarat esse in Vet. Cod. Pith. *hîc*. Or.) — *hinc* p. S. (7) *grave Omnino insuetis onus et*] (Sic p. Zell.) — *gravis Omnino insuetis onus est et* P. „Non

Arcem tyrannus occupat Pisistratus.
Quum tristem servitutem flerent Attici,
(Non quia crudelis ille, sed quoniam grave
Omne insuëtis onus) et coepissent queri,
Aesopus talem tum fabellam rettulit.
  Ranae vagantes liberis paludibus
Clamore magno regem petiere a Iove,
Qui dissolutos mores vi compesceret.
Pater deorum risit atque illis dedit
Parvum tigillum, missum quod subito vadi
Motu sonoque terruit pavidum genus.
Hoc mersum limo quum iaceret diutius,
Forte una tacite profert e stagno caput
Et explorato rege cunctas evocat.
Illae timore posito certatim adnatant
Lignumque supra turba petulans insilit:
Quod quum inquinassent omni contumelia,
Alium rogantes regem misere ad Iovem;
Inutilis quoniam esset qui fuerat datus.
Tum misit illis hydrum, qui dente aspero
Corripere coepit singulas: frustra necem

insueti sonus: quae lectio in Codd. Mss. testante Gudio, at certe non in Cod. Rosanboniano. (Fuisse videtur in Rem. Or.) Ceterum perlevis momenti est in Cod. huius aetatis distinctio vocum." Berg. (Ibid.) „Cod. primum *onus e;* deinde correctum *onus est et*, linea imposita in *e*, ut librariis mos est, adiectaque voce *et.* Pithoeus omittit *est.* Totum locum ita emendatum a Burmanno (immo, Heinsio. Or.) recepit Schwabe V. Cl. ∞ *quoniam grave Omne insüetis onus et c. q.*" Berg. Hoc nos quoque praetulimus: *ino* in v. *Omnino* est e geminatione litt. *ins.* (Ibid.) *queri*] „Primo solum: *quer*; deinde correctione adiectum *i.*" Berg. (11) *petiere*] „P.: *petere.* Postea correctum: *petiere.*" Berg. (12) *vi*] p. S. — *ut* P. R. teste Gudio pag. 23. (14) *vadi*] P. R. S. — *vadis* p. Zell. — *levi* A. (16) *iaceret*] P. R. p. — *lateret:* „Melius Schwabe vir praestantissimus." Berg. In nostra lectione sane supervacanea ista est emendatio. Utique Anonym. Nilantii: *Mersae limo quum laterent diutius;* unde prodit: *Hic mersae l. q. laterent d.* vel *Immersae* cet.; hoc cum Bentl. (17) *tacite*] „Prima lectio *tacete*, correctione facta." Berg. (18) — *advocat*] A. (20) *supra*] p. S. — *super* P. (26) *fugiant* g. In Berg. Ed. sine ulla annotatione est *fugitant* (sic-

Fugitant inertes: vocem praecludit metus.
Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iovem,
Adflictis ut succurrat. Tunc contra deus:
Quia noluistis vestrum ferre, inquit, bonum,
Malum perferte. Vos quoque, o cives, ait,
Hoc sustinete, maius ne veniat malum.

[FAB. III.]

GRACULUS SUPERBUS ET PAVO.

Ne gloriari libeat alienis bonis
Suoque potius habitu vitam degere,
Aesopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani graculus superbia,
Pennas pavoni quae deciderant sustulit
Seque exornavit. Deinde contemnens suos
Immiscuit se pavonum formoso gregi.
Illi impudenti pennas eripiunt avi
Fugantque rostris. Male mulcatus graculus
Redire maerens coepit ad proprium genus;
A quo repulsus tristem sustinuit notam.
Tum quidam ex illis, quos prius despexerat:
Contentus nostris si fuisses sedibus
Et quod natura dederat voluisses pati,
Nec illam expertus esses contumeliam
Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas.

que etiam A.) (30) *quoque, o cives*] Bongars. Ritt. (Vet. Cd. Heinsii??) S. — *quoque cives* P. p.

FAB. III. (2) — *suo quin* Meurs. Bentl. (Re vera A.: *suis quin potius* cet.) (5) — *pavonum* A. (7) *Immiscuit se*] P. p. Zell. ita, ut v. *immiscuit* sit trisyll. Quod si haec licentia intolerabilis videatur, leg. vel cum Bongarsio et Heins.: *Se immiscuit* vel cum Marcilio et Bentl.: *Immiscet se*: minime vero cum Gud. et S. (prob. Berg.) transponendum: *Formoso se pavonum immiscuit gregi.* (— *miscuit se* A. Rom. — *se miscuit* Burm. susp. In marg. p. Bongars. proposuit etiam: *Immiscuit se pavûm.*) (9) *mulcatus*] R. teste Gudio. (non memorat Vincentius.) S. — *multatus* P. A. p.

[FAB. IV.]

CANIS PER FLUVIUM CARNEM FERENS.

Amittit merito proprium qui alienum adpetit.
Canis per flumen, carnem dum ferret, natans,
Lympharum in speculo vidit simulacrum suum
Aliamque praedam ab alio ferri putans
Eripere voluit: verum decepta aviditas
Et quem tenebat ore dimisit cibum,
Nec quem petebat adeo potuit attingere.

[FAB. V.]

VACCA ET CAPELLA, OVIS ET LEO.

Nunquam est fidelis cum potente societas:
Testatur haec fabella propositum meum.
Vacca et capella et patiens ovis iniuriae
Socii fuere cum leone in saltibus.
Hi quum cepissent cervum vasti corporis,
Sic est locutus, partibus factis, leo:
Ego primam tollo, nominor quia leo;
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi;
Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia;
Malo adficietur, si quis quartam tetigerit.
Sic totam praedam sola improbitas abstulit.

(11) ∾ *repulsae* Tollius. (Ibid.) *notam*] Sic P. a pr. m. Deinde male correctum: — *notitiam*.

Fab. IV. (2) *dum*] P. R. p. S. — *quum* A. Scheff. (4) Sic P. S. — *perferri* p. — *ab alio cane ferri* Bentl. ∾ *ab altero ferri* Cuningh. ex A.; qui sic: *alteramque pr. ab altero ferri.* (7) *adeo potuit*] — *potuit adeo* Rig. in Ed. 2. Ex A.: *non potuit vel extremo tangere dente* suspicari possis: *Nec, quem petebat, potuit dente attingere.*

Fab. V. (5) — *coepissent* P. (7) ∾ *quoniam nominor* Richt. — *nominor quoniam* Cuningh., — *nominor Leo quia* Santenius ad Terentianum p. 4. ne ultima syll. v. *quia* producatur.

[FAB. VI.]

RANAE AD SOLEM.

Vicini furis celebres vidit nuptias
Aesopus et continuo narrare incipit:
Uxorem quondam Sol quum vellet ducere,
Clamorem ranae sustulere ad sidera.
Convicio permotus quaerit Iuppiter
Causam querelae. Quaedam tum stagni incola,
Nunc, inquit, omnes unus exurit lacus
Cogitque miseras arida sede emori.
Quidnam futurum est, si crearit liberos?

[FAB. VII.]

VULPES AD PERSONAM TRAGICAM.

Personam tragicam forte vulpes viderat:
O quanta species, inquit, cerebrum non habet!
Hoc illis dictum est, quibus honorem et gloriam
Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

[FAB. VIII.]

LUPUS ET GRUIS.

Qui pretium meriti ab improbis desiderat,

Fab. VI. (3) *Sol quum vellet*] P. a pr. m. R. S. „P. ex correctione *Solem velle* (sicque p. Burm.) Prior lectio videtur fuisse, *Sol cum vellet* quae est in Edd." Berg. (4) *rane* (sic)] „Tres priores litterae huius vocis atramenti gutta obductae sunt." Berg. (5) *convicio*] „— *comvitio* P.; ante erat *cum vitio.*" Berg. (6) „V. *incola* superscriptum *habi*; quod videtur initium glossae *habitans*." Berg. (8) *cogitque*] p. S. — *cogetque* P. R. (9) *crearit*] p. S. — *crearet* P. R.

Fab. VII. *vulpes* ubique scripsi pro P. R. p. *vulpis*, quia alicubi (cfr. Lib. I. 13, 5.) a metro requiritur. (2) — *habes* Scheffer. Bentleius.

Fab. VIII. (2) *indignos*] p. S. — *dignos* P. R. (10) *Pro quo*]

Bis peccat: primum quoniam indignos adiuvat;
Impune abire deinde quia iam non potest.
Os devoratum fauce quum haereret lupi,
Magno dolore victus coepit singulos
Inlicere pretio, ut illud extraherent malum.
Tandem persuasa est iure iurando gruis;
Gulaeque credens colli longitudinem,
Periculosam fecit medicinam lupo.
Pro quo quum pactum flagitaret praemium,
Ingrata es, inquit, ore quae nostro caput
Incolume abstuleris et mercedem postulas.

[FAB. IX.]

PASSER AD LEPOREM CONSILIATOR.

Sibi non cavere et aliis consilium dare
Stultum esse paucis ostendamus versibus.
Oppressum ab aquila, fletus edentem graves
Leporem obiurgabat passer: Ubi pernicitas
Nota, inquit, illa est? Quid ita cessarunt pedes?
Dum loquitur, ipsum accipiter nec opinum rapit
Questuque vano clamitantem interficit.
Lepus semianimus mortis in solatio:
Qui modo securus nostra inridebas mala,
Simili querela fata deploras tua.

— *a quo* A. Bentl. (Ibid.) *pactum*] A. Gud. S. — *factu* P. — *factum* R. teste Gud. (Vincent. non notavit.) — *facto* p. (12) — *incolome* P. R. (Ibid.) *postulas*] Sic P. R. (hic *postolas:*) p. Burm. Id est: „quamvis abstuleris, tamen postulas." — *postules* Ritt. Bentleius. S.

Fab. IX. (3) *fletus edentem graves*] (R.) p. S. — *fletussedens gr.* P. ex correctione. — *ac fletus edentem gr.* Bentl. (— *et fletus dantem* A.) (8) *in solutio*] P. R. defenditque Gronov. ∞ *Lepus semianimus: Mortis en solatia* Heins. ∞ *en solatium* Sanad. Both. Sicque fere A.: *Et lepus: Solatium* cet. Atque illud *en solatium* verum puto: nam simulac librarius vv. *en* et *in* confuderat, nihil fere promptius erat quam ut *solatium* mutaretur in *solutio*.

[FAB. X.]

LUPUS ET VULPES IUDICE SIMIO.

Quicunque turpi fraude semel innotuit,
Etiam si verum dicit, amittit fidem.
Hoc adtestatur brevis Aesopi fabula.
Lupus arguebat vulpem furti crimine:
Negabat illa se esse culpae proximam.
Tunc iudex inter illos sedit simius.
Uterque causam quum perorassent suam,
Dixisse fertur simius sententiam:
Tu non videris perdidisse quod petis;
Te credo subripuisse, quod pulchre negas.

[FAB. XI.]

ASINUS ET LEO VENANTES.

Virtutis expers verbis iactans gloriam
Ignotos fallit, notis est derisui.
Venari asello comite quum vellet leo,
Contexit illum frutice et admonuit simul,
Ut insiieta voce terreret feras,
Fugientes ipse exciperet. Hîc auritulus

Fab. X. (4) *furti*] p. S. — *forti* P. R. (non: — *forte* g.) (8) *sententiam*] p. S. — *sentiam* P.

Fab. XI. (6) *ipse exciperet*] Sic D. teste Heinsio. S. — *ipse ut exc.* P. R. p. (— *ut ipse* g. quasi ex Rem.) (Ibid.) *auritulus*] Rig. S. — *auriculus* P. D. — *auriculas* p. (7) *clamorem subito*] P. a sec. m. R. S. („Ita emendatum in P. At prima lectio: *clamoret* (sic). Nec Brotierio fides adhibenda, qui se ibi legissc testatur: *clamorem et*, quum, loco primae lectionis (*clamoret*) librarius scripserit *clamorem*, linea imposita in *e* expunctaque littera *t*." Berg.) — *clamorem subitum* D. — *clamore subito* p. (Ibid.) — *tollit totis*] P. R. p. = *totis tollit* D. S. (10) *affliguntur*] D. S. — *adficiuntur* P. R. p. (11) *qui*] P. R. p. S.; qui falso Pithoeo tribuit lectionem *hic* (Heins.) (Ibid.) *fessus est*] p. S. — om. *est* P. R. (12) „Errat Gudius asseverans *tunc* deesse in Cd. P." Berg. Defuitne in R.? Nihil notat Vinc, (13) *qualis*] „Prima lectio *quales*." Berg. (Ibid.) *videtur opera tibi vocis*

Clamorem subito tollit totis viribus
Novoque turbat bestias miraculo.
Quae dum paventes exitus notos petunt,
Leonis affliguntur horrendo impetu.
Qui, postquam caede fessus est, asinum evocat
Iubetque vocem premere. Tunc ille insolens:
Qualis videtur opera tibi vocis meae?
Insignis, inquit, sic, ut nisi nossem tuum
Animum genusque, simili fugissem metu.

[FAB. XII.]

CERVUS AD FONTEM.

Laudatis utiliora, quae contempseris,
Saepe inveniri, haec †erit narratio.
Ad fontem cervus, quum bibisset, restitit
Et in liquore vidit effigiem suam.
Ibi dum ramosa mirans laudat cornua
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat,
Venantum subito vocibus conterritus
Per campum fugere coepit et cursu levi
Canes elusit. Silva tum excepit ferum,
In qua retentis impeditus cornibus
Lacerari coepit morsibus saevis canum.

meae] Salmas. quasi e D. Gud. S. — Sed, teste Rig., D. sic: *tibi vocis meae videtur opera.* Salmasiana lectio videtur confecturae deberi. — *tibi videtur opera vocis meae* P. — *opera tibi videtur vocis meae* R. ∞ *tibi videtur opera haec vocis meae* p. — *videtur tibi opera haec vocis meae* Desb. Zell. quasi e Cdd. P. et R.; sed ab utroque abest *haec* et diversus est ordo vv. (15) *fugissem metu*] D. S. — *fuissem in metu* P. p.

Fab. XII. (1. 2.) *haec erit*] Sic corrupte P. R. (hic teste Gudio.) — *haec exserit* p. coni. S. *exserit* saue hoc significatu a Latinitate abhorret. Debebat esse *edocet* vel tale quid. — *Saepe esse utiliora, quae contempseris Eius* (teste Rig.: *eiusce* teste Heinsio apud Scheff.) *rei testis haec narratio est* D. ἀμέτρως et, ut videtur, ab interpolatore. Utraque lect. conflata Bentl.: *Laudatis utiliora, quae contempseris Saepe inveniri testis haec narratio est.* (4) *effigiem*] — *fagiem* D. teste Heinsio. (12) *vocem hanc edidisse*] P. R. p. S.

Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur:
O me infelicem! qui nunc demum intellego,
Utilia mihi quam fuerint, quae despexeram,
Et, quae laudaram, quantum luctus habuerint.

[FAB. XIII.]

VULPES ET CORVUS.

Qui se laudari gaudet verbis subdolis,
Fere dat poenas turpi poenitentia.
Quum de fenestra corvus raptum caseum
Comesse vellet, celsa residens arbore,
Vulpes hunc vidit, deinde sic coepit loqui:
O qui tuarum, corve, pennarum est nitor!
Quantum decoris corpore et vultu geris!
Si vocem haberes, nulla prior ales foret.
At ille stultus, dum vult vocem ostendere,
Emisit ore caseum, quem celeriter
Dolosa vulpes avidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit corvi deceptus stupor.
Hac re probatur ingenium quantum valet
Virtute *et* semper praevalet sapientia.

— *vocem hanc dedisse* D. testibus Rig. et Gud. — *dedisse vocem hanc* D. teste Heins. (14) *Utilia mihi quam fuerint*] D. S. — *Ut illa mihi quam profuerint* P. R. uterque a pr. m. Sed in P. correctum *qua tum* (non *quantum*, ut ait Rig.); in R. (in quo teste Gudio iunctim: *utilla*) deletum *quam*: sicque: ꝏ *Ut illa mihi profuerint* p. — *Illa mihi quam profuerint* Bongars.

Fab. XIII. (1) *Qui*] — *Quae* D. teste Heins. In vv. 1. 2. servavi lect. P. R. (A.) p. — *gaudent v. s. Sera dant poenas turpeis poenitentia* D. (testibus Rig. et Gud.) S. — *Serae dant poenas turpes poenitentiae* D. teste Heins. (5) *Vulpes hunc vidit*] Sic P. R. (sed *vulpis.*) — *Vulpes ut vidit* D. — *Hunc vidit vulpis* p. S. (*vulpes* pro *vulpis* ubique scripsi, etiam v. 11.) (Ibid.) — *deinde*] Romulus. D. teste Heinsio. S. — *dehinc* P. R. (teste Gudio.) D. teste Rig., cui potius credo. — *dehinc sic occoepit* p. (6) = *o quis - - pinnarum* D. (7) — *decorem* D. prob. Salmas. (9) „Mss. habent *latiorem dum* et *dum etiam.*" Heins. Ut nos, P. R. p. S. et e D. Rigaltius nihil notat. At vero A.: *Ille dum vult ostendere vo-*

[FAB. XIV.]

EX SUTORE MEDICUS.

Malus quum sutor inopia deperditus
Medicinam ignoto facere coepisset loco
Et venditaret falso antidotum nomine,
Verbosis adquisivit sibi famam strophis.
Hic quum iaceret morbo confectus gravi
Rex urbis, eius experiendi gratia
Scyphum poposcit: fusa dein simulans aqua
Illius miscere antidoto se toxicum,
Ebibere iussit ipsum posito praemio.
Timore mortis ille tum confessus est
Non artis ulla medicae se prudentia,
Verum stupore vulgi factum nobilem.
Rex advocata concione haec edidit:
Quantae putatis esse vos dementiae,
Qui capita vestra non dubitatis credere,
Cui calceandos nemo commisit pedes?
Hoc pertinere vere ad illos dixerim,
Quorum stultitia quaestus impudentiae est.

cem latiorem. Cfr. nostram Praefat., ubi sermo est de Danielis Chartula. (12) = *Tunc* D. teste Heins. „Mss. libri (?) hic exhibent: *Corvus cur dolosis fuisset deceptus fraudibus ignavius.* Vossii Codex (noster D.) habet: *cerdonis dolos.*" Heins. Post hunc v. defectus signa ponit S. (13) *ingenium quantum*] Nevel. S. — *quantum ingenium* P. R. p. — *probubitur quantum ing.* Bongars. (14) *virtute et*] p. S. — om. *et* P. R. Hi duo vers. multis suppositilii videntur. Defendit S.

Fab. XIV. (3) — *anthidotum* P. et sic v. 8. (4) — *adquesivit* P. R. — *strofis* P. (7) *dein*] „P. postea correctum: *deinde.* Prior lectio recta est." Berg. (8) *Illius miscere antidoto*] R. — *Miscere antidoto illius* P. — *Antidoto miscere illius* p. S. — *Miscere illius antidoto* Gud. (9) *ebibere*] Sic Richt. Bentl. cfr. *Fab.* 20, 5. — *bibere* P. R. ∞ *combibere* Burm. S. — *tum bibere* Iac. Gronov. — *hoc bibere* p. (11) *medicae*] Gronov. Heins. S. — *medicum* P. R. p. (13) = *contione* P. (Ibid.) *edidit*] Gronov. Heins. S. — *addidit* P. R. p. (16) — *calcandos* P. (Ibid.) — *commiserit* p.

[FAB. XV.]

ASINUS AD SENEM PASTOREM.

In principatu commutando saepius
Nil praeter domini nomen mutant pauperes.
Id esse verum parva haec fabella indicat.
Asellum in prato timidus pascebat senex.
Is hostium clamore subito territus
Suadebat asino fugere, ne possent capi.
At ille lentus: Quaeso, num binas mihi
Clitellas impositurum victorem putas?
Senex negavit. Ergo quid refert mea,
Cui serviam? clitellas dum portem meas.

[FAB. XVI.]

OVIS, CERVUS ET LUPUS.

Fraudator homines quum advocat sponsum improbos,
Non rem expedire, sed malum dare expetit.
Ovem rogabat cervus modium tritici
Lupo sponsore. At illa praemetuens dolum:
Rapere atque abire semper adsuevit lupus,

contra P. Ipse Pithoeus improbavit in Varietate lect. (18) *stultitia - - impudentiae* Ursin. Burm. S. — *stultitiae - - inprudentia* P. R. „Errat Brotierius testans in Cd. P. esse *impudentia;* vocem *inprudentia* litteris clarissimis, prima manu ac sine ulla correctione fieri non potest ut aliter legas. Pithoeus primus *impudentiae.*" Berg. Non habet Pith. *impudentiae*, sed *impudentia.* (— *Quorum e stultitia* Heins.)

Fab. XV. (1) *commutando saepius*] Sic p. prob. Berg. — *commutando civium saepius* P. R.; in R. *civium* del. a sec. m. — *commutando civium* Gud. S. (2) *Nil*] p. S. — *nihil* P. R. (Ibid.) *nomen*] Bongars. S. — *mores* P. R. p. (3) *Id esse*] — *To esse* R. (9) — *senes* g.

Fab. XVI. (1) Sic scripsi proxime ad fidem P. R. p., qui: — *Fraudator homines quum avocat, sponsore improbo* (Remensis neutiquam ut ait Desb. et Zell.: *Fraudator homines quum vocat sponsum improbos.*) — *Fraudator homines quum vocat sponsum improbum* ex

Tu de conspectu fugere veloci impetu:
Ubi vos requiram, quum dies advenerit?

[FAB. XVII.]

OVIS, CANIS ET LUPUS.

Solent mendaces luere poenas malefici.
Calumniator ab ove quum peteret canis,
Quem commodasse panem se contenderet,
Lupus citatus testis non unum modo
Deberi dixit, verum adfirmavit decem.
Ovis damnata falso testimonio
Quod non debebat solvit. Post paucos dies
Bidens iacentem in fovea conspexit lupum,
Haec, inquit, merces fraudis a superis datur.

[FAB. XVIII.]

MULIER PARTURIENS.

Nemo libenter recolit qui laesit locum.
Instante partu mulier actis mensibus
Humo iacebat flebiles gemitus ciens.
Vir est hortatus, corpus lecto reciperet,

priore Burm. coni. Bentl. S. — *Fraudator nomen quum locat sponsore improbo* D. — *Fr. nomen quum locat sponsu* (sic volebat Rittersh.) *improbo* Burm.; *nomen* (nihil aliud) adscripsit etiam Bong. (2) *malum dare*] Gruter apud Nevel. Gronov. S. — *mala videre* P. R. p. (Ibid.) *expetit*] R. a sec. manu. p. S. — *expedit* R. a pr. m. P. (6) *Tu*] p. S. — *Tum* P.

Fab. XVII. (1) *malefici*] Heins. S. — *maleficii* P. R. p. (3) *commodasse*] D. (firmans Bongarsii et Rittersh. coni.) Burm. Bentl. — *commendasse* solito in illo v. errore P. R. p. S. — *cum mendasse* g. Mox: *sese contenderet* R. (non P.) (5) — *debere* D. teste Heins. (6) ∾ *Quoius damn.* Heinsii susp. (8) *Bidens*] Heins. S. — *videns* D. — *ovis* P. R. p. e gloss. (Ibid.) — *iacentem prospexit in fovea lupum* D. teste Heins. S. In Rem. videtur esse *conspexit*, ut est in P. p.

Fab. XVIII. (2) *actis*] Meurs. S. — *peractis* P. p. (3) *humo*] P. (R.) p. Zell. — *humi* Heins. S. (Ibid.) — *gemitus conciens* g.

Onus naturae melius quo deponeret.
Minime, inquit, illo posse confido loco
Malum finiri, quo conceptum est initio.

[FAB. XIX.]

CANIS PARTURIENS.

Habent insidias hominis blanditiae mali:
Quas ut vitemus, versus subiecti monent.
Canis parturiens quum rogasset alteram,
Ut fetum in eius tugurio deponeret,
Facile impetravit: dein reposcenti locum
Preces admovit, tempus exorans breve,
Dum firmiores catulos posset ducere.
Hoc quoque consumpto, flagitare validius
Cubile coepit. Si mihi et turbae meae
Par, inquit, esse potueris, cedam loco.

[FAB. XX.]

CANES FAMELICI.

Stultum consilium non modo effectu caret,
Sed ad perniciem quoque mortales devocat.
Corium depressum in fluvio viderunt canes:

(5) ∞ *onus maturum* Heins. Bentl. Burm. Sic Lib. 4, 26, 6. *materiae* corruptum in *naturae*. (6) — *inquit illa*, *posse* D. Bentleius. (Ibid.) — *confido hoc loco* D. teste Heins. (7) — *initium* D. teste Heins.

Fab. XIX. (1) „Prior lectio: *Habentis*." Berg. sicque g. e Rem. puto. Vinc. non memorat. (Ibid.) *hominis*] p. S. — *homines* P. (4) — *tugulio* D. (5) *dein*] (R. a sec. m.) p. S. — *deinde* R. a pr. manu. P. (6) *admovit*] p. S. — *admonuit* P. R. (— *prece* R. a sec. m.) (7) — *deducere* D. (9) — *coepit*] (R. a sec. m.) S. — *coepit illa* R. a pr. m. P. D. (hic teste Heins.)

Fab. XX. (— *familici* P. R.) (5) *ebibere*] D. S. — *bibere* P. (R.) p. — *lambere* A. (6) *periere*] D. R. a sec. m. Bongars. Salmas. S. — *Ibi periere* R. a pr. m. P. p.

Id ut comesse extractum possent facilius,
Aquam coepere ebibere: sed rupti prius
Periere, quam quod petierant contingerent.

[FAB. XXI.]

LEO SENEX, APER, TAURUS ET ASINUS.

Quicunque amisit dignitatem pristinam,
Ignavis est etiam iocus in casu gravi.
Defectus annis et desertus viribus
Leo quum iaceret spiritum extremum trahens,
Aper fulmineis ad eum venit dentibus
Et vindicavit ictu veterem iniuriam:
Infestis taurus mox confodit cornibus
Hostile corpus. Asinus, ut vidit ferum
Impune laedi, calcibus frontem extudit.
At ille exspirans: Fortes indigne tuli
Mihi insultare: te, naturae dedecus,
Quod ferre cogor, certe bis videor mori.

[FAB. XXII.]

MUSTELA ET HOMO.

Mustela ab homine prensa, quum instantem necem
Effugere vellet: Quaeso, parce, inquit, mihi,

FAB. XXI. (om. *APER*. p. contra P.) (2) *est etiam iocus*] Sic P. Rigalt. mea. Nev. — *est etiam iocus est* R. — *etiam iocus est* p. S. (3) — *armis* R. teste Gudio. (Non notat Vinc.) (7) *Infestis*] P. a sec. m. D. S. — *infestus* P. a pr. manu. R. (Non notat Vinc.) p. (9) *extudit*] R. D. S. — *ext* P. a pr. m. („Primo *ext* (sic) relicto quattuor litterarum spatio; nec, ut opinatur Brotierius, antiquitus aliud quidquam ibi videtur scriptum fuisse." BERG.) — *extorxit* P. a sec. m. — *exterit* p. (10) *tuli*] P. R. p. S. — „Schedae Regiae (i. e. noster D.) habent *fero*. Eaedem hic deficiunt magno cum detrimento auctoris." SCHEFFER. (12) *cogor, certe*] Meurs. Nevel. — *certe cogor* P. R. p. S.

FAB. XXII. (2) *quaeso, parce, inquit*] Burm. Sic *quaeso* initio enunciati apud nostrum I, 1, 7. III, 9, 6. — *quaeso, inquit, parce*

Quae tibi molestis muribus purgo domum.
Respondit ille: Faceres si causa mea,
Gratum esset *et* dedissem veniam supplici.
Nunc quia laboras, ut fruaris reliquiis,
Quas sunt rosuri, simul et ipsos devores,
Noli imputare vanum beneficium mihi.
Atque ita locutus improbam leto dedit.
Hoc in se dictum debent illi agnoscere,
Quorum privata servit utilitas sibi
Et meritum inane iactant imprudentibus.

[FAB. XXIII.]

CANIS FIDELIS.

Repente liberalis stultis gratus est,
Rerum peritis irritos tendit dolos.
Nocturnus quum fur panem misisset cani,
Obiecto tentans an cibo posset capi:
Heus, inquit, linguam vis meam praecludere,
Ne latrem pro re domini? Multum falleris.
Namque ista subita me iubet benignitas
Vigilare, facias ne mea culpa lucrum.

P. R. Rig. mea. — *quaeso, inquit, parcas* p. Salmas. — *parce, quaeso inquit* Bentl. S. (4) *faceres* R. a sec. m. (Romul.) Bongars. S. — *facerem* R. a pr. m. P. p. (Ibid.) „In P. primo *causam* littera *m* ab ipso librario expuncta." Berg. (5) *et dedissem*] p. S. — om. *et* P. R. (teste Gud. Nihil notavit Vinc.) (7) *quas*] Rittersh. suspicio. Burm S. — *quae* P. p. Faber. (De R. haud constat.) Post voc. *devores* in P. inseritur stultum gloss.: — *Hic intellege soricem esse generis masculini* sublatum iam a p. (8) *imputare*] (R. a sec. m. *im* superscr.) p. S. — *me putare* R. a pr. m. P. (9) — *Atque ista* nescio qui apud Gud. contra P. R. p. (Ibid.) = *loquutus* R. (12) — *iactat* Rittersh.

Fab. XXIII. (2) *tendit*] R. a sec. m. p. S. — *ostendit* R. a pr. manu. P. (4) *posset*] Rittersh. Zell. — *possit* P. R. p. S.

Fab. XXIV. (2) *quondam*] Heins. S. — *quodam* P. R. p. (5) ∞ *altior* A. ut volebat Scheff.

[FAB. XXIV.]

RANA RUPTA ET BOS.

Inops, potentem dum vult imitari, perit.
In prato quondam rana conspexit bovem
Et tacta invidia tantae magnitudinis
Rugosam inflavit pellem: tum natos suos
Interrogavit, an bove esset latior.
Illi negarunt. Rursus intendit cutem
Maiore nisu et simili quaesivit modo,
Quis maior esset. Illi dixerunt, bovem.
Novissime indignata, dum vult validius
Inflare sese, rupto iacuit corpore.

[FAB. XXV.]

CANES ET CORCODILI.

Consilia qui dant prava cautis hominibus,
Et perdunt operam et deridentur turpiter.
Canes currentes bibere in Nilo flumine,
A corcodilis ne rapiantur, traditum est.
Igitur quum currens bibere coepisset canis,

Fab. XXV. *CORCODILI* cet. Gud. S. — *Corcodrilli - corcodrillis - corcodrillus* P. — *Corcodilli - corcodillis - corcodillus* R. teste Vinc. — *Crocodillus* cet. p. (3) ∾ *e Nilo* Bentl. (*ex Nilo* A.) (6) Ita corrupte P., itemque R., nisi quod omittit v. *ait* ante *at*. Neuter vero *ocius*. Varios VV. DD. conatus vide apud S. et Berg. — *quam libet lambe ocius, Accede, pota leniter et noli dolos, Inquit, vereri: at ille, facerem mehercule* p. ∾ *quam libet lambe otio; Noli vereri. At ille: facerem mehercule* (Rigalt. in Ed. postr.) S.

Fab. XXVI. (3) *Vulpes ad cenam*] P. R. p. (nisi quod: — *vulpis.*) — *Ad coenam vulpis* Brot. S. (4) *et illi in patena liquidam*] Rigalt. a. 1617. Heins. S. — *et illi liquidam in patena* P. R. — *et ei liquidam in patena* p. (*patina* Lallem. Brot.) (— *in catino* Romul.) (5) — *sorbitione* P. (7) — *intito* P. a pr. manu. (8) *lagonam* et *lagonae* P. R. p. S. (In Inscript. Grut. 578, 1. est: *A. LAGVNA.*) Per litt. *e* A. Rom. (10) *collum frustra lamberet*] P.

Sic corcodilus: Quamlibet lambe otio,
†Pota, accede: noli timere, sedulo
Ait; at noli vereri inquit. At ille:
Facerem hercule,
Nisi esse scirem carnis te cupidum meae.

[FAB. XXVI.]

VULPES ET CICONIA.

Nulli nocendum: si quis vero laeserit,
Multandum simili iure fabella admonet.
Vulpes ad cenam dicitur ciconiam
Prior invitasse et illi in patena liquidam
Posuisse sorbitionem, quam nullo modo
Gustare esuriens potuerit ciconia.
Quae vulpem quum revocasset, intrito cibo
Plenam lagonam posuit: huic rostrum inserens
Satiatur ipsa et torquet convivam fame.
Quae quum lagonae collum frustra lamberet,
Peregrinam sic locutam volucrem accepimus:
Sua quisque exempla debet aequo animo pati.

[FAB. XXVII.]

CANIS ET THESAURUS ET VULTURIUS.

Haec res avaris esse conveniens potest
Et qui humiles nati, dici locupletes student.
Humana effodiens ossa thesaurum canis
Invenit et violarat quia Manes deos,

S. — *lamberet collum frustra* R. — *frustra collum lamberet* p. Burm. (11) = *loquutum* P.

Fab. XXVII. (Versus duo primi suspecti Bentleio.) (3) — *thensaurum* g. Non notavit Vinc. (4) *violarat*] R. S. „In P. extrema huius vocis erasa sunt, syllaba *at* substituta, (ut nunc sit: *violat.*) Unde coniicere licet primam lectionem fuisse *violarat* ut in Cod. Rem. Pithoeus autem: — *violavit.*" Berg. (10) — *concupistis* P. Emendavit p.

Iniecta est illi divitiarum cupiditas,
Poenas ut sanctae religioni penderet.
Itaque aurum dum custodit, oblitus cibi
Fame est consumptus; quem stans vulturius super
Fertur locutus: O canis, merito iaces,
Qui concupisti subito regales opes,
Trivio conceptus et educatus stercore.

[FAB. XXVIII.]

VULPES ET AQUILA.

Quamvis sublimes debent humiles metuere,
Vindicta docili quia patet sollertiae.
Vulpinos catulos aquila quondam sustulit
Nidoque posuit pullis, escam ut carperent.
Hanc persecuta mater orare incipit,
Ne tantum miserae luctum importaret sibi.
Contempsit illa, tuta quippe ipso loco.
Vulpes ab ara rapuit ardentem facem
Totamque flammis arborem circumdedit,
Hosti dolorem damno miscens sanguinis.
Aquila ut periclo mortis eriperet suos
Incolumes natos supplex vulpi tradidit.

[FAB. XXIX.]

ASINUS INRIDENS APRUM.

Plerumque stulti risum dum captant levem,
Gravi distringunt alios contumelia

Fab. XXVIII. (1) *debent*] p. S. — *debent homines hum.* P. (2) *sollertiae*] Prasch. S. — *solertia* P. R. p. Tum R.: = *persequuta*. (8) *Vulpes*] p. Zell. — *Vulpis* P. R. — *Ab ara vulpis* Brot. S. (10) ∞ *Hostis* Prasch. ∞ *Hostis dolore damnum ulciscens sanguinis* Heusing. Bothe. (11) *periclo*] p. S. — *pericolo* (sic) P. — *periculo* g. (12) = *Incolomes* P. R. teste Gudio. (Ibid.) *tradidit*] P. R. p. S. — *reddidit* A. Romul. Div. Philipp. Brotier.

Et sibi nocivum concitant periculum.
 Asellus apro quum fuisset obvius,
Salve, inquit, frater. Ille indignans repudiat
Officium et quaerit, cur sic mentiri velit.
Asinus demisso pene: Similem si negas
Tibi me esse, certe simile est hoc rostro tuo.
Aper, quum vellet facere generosum impetum,
Repressit iram et: Facilis vindicta est mihi,
Sed inquinari nolo ignavo sanguine.

[FAB. XXX.]

RANAE METUENTES TAURORUM PROELIA.

 Humiles laborant, ubi potentes dissident.
Rana in palude pugnam taurorum intuens,
Heu quanta nobis instat pernicies! ait.
Interrogata ab alia, cur hoc diceret,
De principatu quum illi certarent gregis
Longeque ab †illis degerent vitam boves:
Est statio separata ac diversum genus:
Sed pulsus regno nemoris qui profugerit,

Fab. XXIX. (2) *distringunt*] Guyet. cfr. Lib. 4, 7. — *destringunt* P. p. S. (7) *demisso pene*] Burm. S. — *dimisso pene* P. „Recentius correctum *pede* (unde Pithoeus, *demissis pedibus*.) Sed prior scriptura facile dignoscitur." Berg. — *dimissa pene* R. teste Vincentio. ∞ *emisso pene* Bothe. (Ibid.) *Similem si*] P. R. S. — *si similem* p. Burm.

Fab. XXX. (5) *quum illi certarent*] P. R. p. (In Ed. Berg. errore typogr.: *cum ille illi.*) — *quum decertarent* Heins. S. Tum P. a sec. manu male: *greges*. (6) *ab illis*] P. R. p. S. corrupte. ∞ *ab ipsis* Both. Zell. Placet. — *ab ulvis* Desbill. (7) Sic Gud. S. — *Est ratio separata, inquit, ac diversum genus* P. R. — *Ratio est separata ait ac d. g.* p. Hanc transpositionem improbat ipse Pith. in Var. Lectt. (8) *Sed pulsus*] Burm. S. — *Expulsos* (sic) P. R. — *Expulsus* p. (— *profugeret Paludes* R.) (11) *Ita caput*] P. Bentl. — *Caput ita* p. S. „Correxit Pith. *Caput ita*; quod receptum videtur ab editoribus ut scriptura Codicis; quum lectionem, *Ita caput* meram Bentleii et Harii coniecturam putarent." Berg.

Fab. XXXI. (2) — *auxilium* A. Bentl. (Ibid.) *exitium*] p. S. — *exitum* P. (3) *miluum*] P. R. S. — *milvium* et v. 10. *milvio*

Paludis in secreta veniet latibula
Et proculcatas obteret duro pede:
Ita caput ad nostrum furor illorum pertinet.

[FAB. XXXI.]

MILUUS ET COLUMBAE.

Qui se committit homini tutandum improbo,
Auxilia dum requirit, exitium invenit.
Columbae saepe quum fugissent miluum
Et celeritate pennae vitassent necem,
Consilium raptor vertit ad fallaciam
Et genus inerme tali decepit dolo:
Quare sollicitum potius aevum ducitis,
Quam regem me creatis icto foedere,
Qui vos ab omni tutas praestem iniuria?
Illae credentes tradunt sese miluo;
Qui regnum adeptus coepit vesci singulas
Et exercere imperium saevis unguibus.
Tunc de relicuis una: Merito plectimur.

p. (8) „Super vocem *icto*, inter elementa *i* atque *e* scripsit librarius Cd. P. *un*, fortasse ut indicaret varietatem: *iuncto*." Berg. (9) *Qui*] „Editores, *Qua*." Berg. Scil. una Lemairii Editio sic habet err. typogr. Tum P. et R. teste Gudio: *iniurias* et: *tradent*. Correxit p. (11) — *singulas*] P. R. S. — *singulis* p. (13) *relicuis* (Pith. in Var. lectt.) Bongars. Salmas. — *reliquis* P. p. S. Tum in P. subscribitur: PHEDRI AUG. LIBERTI LIBER SECUNDUS. INCIPIT LIBER TERTIUS FELICITER. In R. vero secundo libro haec praeponuntur:

LIBER SECUNDUS.

AUCTOR.

Exemplis continetur Aesopi genus;
Nec aliud quicquam per fabellas quaeritur,
Quam corrigatur error ut mortalium
Acuatque sese diligens industria.
Quicunque fuerit ergo narrandi iocus;
Dum capiat aurem et servet propositum suum,
Re commendatur, non auctoris nomine.
Equidem omni cura morem servabo senis;
Sed si libuerit aliquid interponere,
Dictorum sensus ut delectet varietas,
Bonas in partes, lector, accipias velim.
† Ita sic rependet illi brevitas gratiam:
Cuius verbosa ne sit commendatio,

Phaedri Augusti liberti liber secundus.

PROLOG. (5) *narrandi iocus*] „Pithoeus legerat (ediditque) *narrandi locus;* suo arbitratu: nam item poterat legere *iocus*. Etenim si in Cod. Rem. *i* saepe mutatum est in *l*, in nostro inter duas illas litteras omnino nullum est discrimen in capite certe vocum." BERG. *narrandi iocus* i. e. narrationis, in narrando. — *narrantis iocus* Graev. S. — *narranti iocus* Gud. Burm. (8) Errores Ms. Rem. a Gudio memorati *cura more* et *siluerit* pro *si libuerit* haud referuntur a Vinc. et Berg. (9) *interponere*] p. S. — *interpone* P. (11) *accipias*] P. p. S. ∞ *accipiat* Bentl. Zell. (12) Sic corrupte P. R. p. (hic cum asterisco.) „Falso contendit Gudius in Cd. Pith. esse *rependit*." BERG. Dicit Gud.: „in Ms. Rem. et Pith." Equidem puto fuisse: *Bonas in partes lector accipiat velim: Ita hanc rependet illi brevitas grutium*; i. e. tum *hanc gratiam*, benignitatem,

Attende cur negare cupidis debeas,
Modestis etiam offerre, quod non petierint:

[FAB. I.]

IUVENCUS, LEO ET PRAEDATOR.

Super iuvencum stabat deiectum leo.
Praedator intervenit partem postulans.
Darem, inquit, nisi soleres per te sumere:
Et improbum reiecit. Forte innoxius
Viator est deductus in eundem locum
Feroque viso retulit retro pedem.
Cui placidus ille: Non est quod timeas, ait:
Et, quae debetur pars tuae modestiae,
Audacter tolle. Tunc diviso tergore
Silvas petivit, homini ut accessum daret.
Exemplum egregium prorsus et laudabile;
Verum est aviditas dives et pauper pudor.

[FAB. II.]

ANUS DILIGENS IUVENEM, ITEM PUELLA.

A feminis utcunque spoliari viros,
Ament, amentur, nempe exemplis discimus.

rependet *illi* (lectori) festiva mea brevitas. — *Ita, si rependet illam brevitas gratiam* Heins. S. (13) „Errat iterum Gudius asseverans in Ms. Pith. inveniri *cui ius*." Berg. Videtur sic fuisse in R. (Ibid.) *ne sit*] (R. a sec. manu.) Heins. S. — *nescit* P. R. a pr. manu. p. (— *Sic ea rependet illi brevitas gratiam, Cuius verbosa nec sit commendatio.* Fab. I. *Attende cur* cet. Desbill. Zell. „Etiam Pith. hos duos versus *Attende* - - *Modestis* sequenti fabellae praeposuit." Berg.)

Fab. I. (2) — *postolans* P. a pr m. (7) *quod*] p. S. — *quid* P. R. Brotier. (9) — *aucdacter* P.

Fab. II. (1) „Falso testatur Gudius in Ms. esse: *expoliari.*" Berg. (In Gudii *Annot.* in utraq. Ed. Burm. est sic: „Mss. hic habent *expoliare.*") (3) *quendam*] S. cum Gud., qui haec annotat: Manu ducit ad hanc emend. Cod. Rem., in quo apparet *quedam* lineola

Aetatis mediae quendam mulier non rudis
Tenebat annos celans elegantia:
Animosque eiusdem pulchra iuvenis ceperat.
Ambae, videri dum volunt illi pares,
Capillos homini legere coepere invicem.
Qui se putaret fingi cura mulierum,
Calvus repente factus est: nam funditus
Canos puella, nigros anus evellerat.

[FAB. III.]

AESOPUS AD QUENDAM DE SUCCESSU IMPROBORUM.

Laceratus quidam morsu vehementis canis
Tinctum cruore panem [im]misit malefico,
Audierat esse quod remedium vulneris.
Tunc sic Aesopus: Nôli coram pluribus
Hoc facere canibus, ne nos vivos devorent,
Quum scierint esse tale culpae praemium.
Successus improborum plures allicit.

[FAB IV.]

AQUILA, FELES ET APER.

Aquila in sublimi quercu nidum fecerat:
Feles cavernam nacta in media pepererat:
Sus nemoris cultrix fetum ad imam posuerat.
Tum fortuitum feles contubernium

supra *e* adiecta. „Cont a Vinc. affert e Rem.: — *quaedam;* sicque p. — *quedam* (sine lineola) P." Ut in ind. seq. fab. P. habet: *ESOPUS AD QUEDAM.* „Non est in Cod. P. *quaedam*, ut refert Gudius." Berg. (— *rodis* R.) (4) *tenebat*] Prasch. Gud. S. — *tegebat* P. R. p. (— *eligantia* P. R.) (5) — *animusque* P. (8) *Qui*] P. R. p. „Melius Editores (Burm. S.) *quum*, quae vox tamen in Cd. semper scribitur per *c* (*cum*)." Berg. (Ibid.) *fingi*] Sciopp. S. — *pingi* P. R. p.

Fab. III. (1) ∞ *vehementi* Bongars. Rittersh. Salm. Gron.

Fraude et scelesta sic evertit malitia :
Ad nidum scandit volucris : Pernicies, ait,
Tibi paratur, forsan et miserae mihi ;
Nam fodere terram quod vides quotidie
Aprum insidiosum, quercum vult evertere,
Ut nostram in plano facile progeniem opprimat.
Terrore offuso et perturbatis sensibus
Derepit ad cubile setosae suis.
Magno, inquit, in periclo sunt nati tui ;
Nam, simul exieris pastum cum tenero grege,
Aquila est parata rapere porcellos tibi.
Hunc quoque timore postquam complevit locum,
Dolosa tuto condidit sese cavo :
Inde evagata noctu suspenso pede,
Ubi esca se replevit et prolem suam,
Pavorem simulans prospicit toto die.
Ruinam metuens aquila ramis desidet ;
Aper rapinam vitans non prodit foras.
Quid multa? Inedia sunt consumpti cum suis
Felisque catulis largam praebuerunt dapem.
Quantum homo bilinguis saepe concinnet mali,
Documentum habere stulta credulitas potest.

[FAB. V.]

[ITEM] CAESAR AD ATRIENSEM.

Est ardelionum quaedam Romae natio,
Trepide concursans, occupata in otio,

Heius. (2) *immisit*] P. R. p. ∞ *misit* Gud. Gronov. S. Placet. (5) — *ut vos* g. (7) — *allicet* R.

Fab. IV. (2) = *nancta* P. R. p. (*feles* semper P. R. p.) (3) *nemoricultrix* Bongars. Rittersh. coni. haud necessaria. S. (4) — *Tam fert.* p. err. typogr. (8) = *cotidie* P. R. p. (11) *offuso*] Rittersh. S. — *effuso* P. R. p. (12) *derepit*] Colerus. S. — *diripit* P. R. — *direpit* p. (13) — *periculo* P. p. (17) *tuto*] Rem. a sec. m. Rig. S. — *toto* R. a pr. m. P. p. (18) — *suspensu* P. (19) *se*] p. S. — *sese* P. R. (24) ∞ *Felique et catulis* Harc. S.

Gratis anhelans, multa agendo nihil agens,
Sibi molesta et aliis odiosissima:
Hanc emendare, si tamen possum, volo
Vera fabella: pretium est operae attendere.
Caesar Tiberius quum petens Neapolim
In Misenensem villam venisset suam,
Quae monte summo posita Luculli manu
Prospectat Siculum et † prospicit Tuscum mare,
Ex alticinctis unus atriensibus,
Cui tunica ab humeris linteo Pelusio
Erat destricta, cirris dependentibus,
Perambulante laeta domino viridia,
Alveolo coepit ligneo conspergere
Humum aestuantem, † iactans officium come:
Sed deridetur. Inde notis flexibus
Praecurrit alium in xystum, sedans pulverem.
Agnoscit hominem Caesar remque intellegit:
* ut putavit esse nescio quid boni:
Heus! inquit dominus. Ille enimvero adsilit,
Donationis alacer certae gaudio.

Fab. V. *Item Caesar*] Sic P. R. „*Cet* item *donnerait à penser, qu'il y a quelque lacune précédente.*" Vincent. Del. *item* iam p. (1) *ardelionum*] „Sic Schwabius cum Pithoeo. — *ardalionum* P. R., quod Salmasius tuetur." Berg. (2) *occupata in otio*] p. S. — *occupata notio* P. R. (8) *In Misenensem*] p. S. — *In Misinensem* R. — *Immisiniensem* P. (*In Misiniensem* Pith. in Var. Lectt.) („Sic pro *In Misiniensem*; quae lectio a nullo eorum memoratur, qui hunc codicem se legisse praedicaverunt. In nostro esse asseverunt Gudius, *in Miseniensem*; Neveletus, *in Misniense*; Heinsius, *in Misenensi*: omnes falso. Nec ulla est hoc in loco retractatio scripturae." Berg.) (9) *Luculli*] p. S. — *Lucili* R. — *Lucilii* (?) P. — Pith. et Bong. enotarunt *Lucili*. (10) *prospicit*] P. p. ∾ *despicit* Guyet. Bentl. S. — *respicit* Heins. I. F. Gronov. Lectioni *respicit* favet locus prorsus similis Corippi *in laudem Iustini* v. 99, (domus) *pars prospicit una Immensum pelagus; pars respicit altera portum.* — *perspicit* g. (Rem.?) Iac. Gronov. (11) — *alti cinctus* g. (12) — *umeris* P. (13) ∾ *districta* I. F. Gronov. (14) *viridia*] Bongars. Salmas. Heins. S. — *viridiaria* P. R. p. (15) — *conspargere* P. R. p. (16) Sic corrupte P. R. — *iactans officium comae* p. — *iactans officium comes* Wasius. Bothe. —

Tum sic iocata est tanta maiestas ducis:
Non multum egisti et opera nequicquam perit;
Multo maioris alapae mecum veneunt.

[FAB. VI.]

AQUILA ET CORNIX.

Contra potentes nemo est munitus satis;
Si vero accessit consiliator maleficus,
Vis et nequitia quicquid oppugnant, ruit.
Aquila in sublime sustulit testudinem:
Quae quum abdidisset cornea corpus domo
Nec ullo pacto laedi posset condita,
Venit per auras cornix et propter volans:
Opimam sane praedam rapuisti unguibus;
Sed nisi monstraro quid sit faciendum tibi,
Gravi nequicquam te lassabit pondere.
Promissa parte suadet, ut scopulum super
Altis ab astris duram inlidat corticem,
Qua comminuta facile vescatur cibo.

iactans officium leve Bentl. — *come officium iactitans* Rigalt. S. Puto fuisse: *iactans officio comam;* in quo officio occupatus, ineptum in modum comam (caput, ceniculam) iactabat. (18) *alium*] P. R. S. — *illum* p. (— *xistum* P.) (19) *Caesar remque*] p. S. — *Caesaremque* P. R. (20) Sic mance P. R. ∞ *Id ut put.* p. S. — *Is ut put.* Desbill. Zell. (— *quit* P.) (22) *certae*] p. S. — *certe* P. R. („Pithoeus *certae;* correctio ab omnibus recepta ut lectio Codicis. Coutra autem Gudius, ut propriam coniecturam, dat *certe.*" Berg. Scil. Gud. volebat: *Donationis*, *alapae certe*, *gaudio*: et refert Ms. habere *certe.*) (23) *iocata*] P. R. Rig. S. — *locuta* p. (Ibid.) *tanta*] P. R. Desb. Zell. ∞ *tanti* p. S. (24) — *nequiquam* P. R. (25) *maioris*] Rigalt. in Annot. Ed. 1. Burm. S. — *maiores* P. R. p. Rig. in contextu Ed. 1. Gud. (Ibid.) *veneunt*] p. S. — *venerunt* P. R.

Fab. VI. (1) *munitus*] R. a sec. m. p. S. — *monitus* P. — *nemo tutus satis* R. a pr. m. (6) *posset*] N. p. S. — *possit* P. R. (7) — *praeter volans* N. ex ignoratione huius significatûs v. *propter*. (8) — *Opimam*, *inquit*, *pr.* N. ex interpol. (10) — *nequiquam* P. R. (Ibid.) *lassabit*] P. R. S. — *lassavit* N. — *lassabis* p. (11) — *pr. parte vadens ut scopulos super Ab astris duram*

Inducta verbis aquila, monitis paruit,
Simul et magistrae large divisit dapem.
Sic tuta quae naturae fuerat munere,
Impar duobus occidit tristi nece.

[FAB. VII.]

MULI DUO ET VECTORES.

Muli gravati sarcinis ibant duo:
Unus ferebat fiscos cum pecunia,
Alter tumentes multo saccos hordeo.
Ille onere dives celsa cervice eminet
Clarumque collo iactat tintinnabulum,
Comes quieto sequitur et placido gradu.
Subito latrones ex insidiis advolant
Interque caedem ferro mulum sauciant,
Diripiunt nummos, neglegunt vile hordeum.
Spoliatus igitur casus quum fleret suos,
Equidem, inquit alter, me contemptum gaudeo,
Nam nil amisi nec sum laesus vulnere.
Hoc argumento tuta est hominum tenuitas:
Magnae periclo sunt opes obnoxiae.

illidat, *monet*, *corticem* N. ex aperta corruptela v. *suadet* in *vadens*; tum seqq. ἀμέτρως interpolata. (13) *facile*] P. R. N. p. S. — *facili* Bentl. Burm. (15) — *Simul magistrae large dimisit* (sic) N. (16) — *tota* P. a pr. manu; ut 2, 4, 17. (Ibid.) — *fuerat naturae* N.

FAB. VII. (2) — *peccunia* P. (3) — *multos* N. (4) *eminet* . - *iactat*] N. Richter. Hare. S. — *eminens* - - *iactans* P. R. p. In qua lectione ad v. *ille* e seq. v. *sequitur* per zeugma eliciendum erit v. *incedit*: sane contorte. (7) — *Latrones subito* N. (8) *sauciant*] N. Heins. Zell. — *trucidant* corrupte P. R. Hinc varia finxerunt verba prorsus inaudita: — *trusitant* Rig. S. — *tunditant* Bongars. — *tonsitant* p. Sed cur verbo recto a Cod. servato nec facile interpolatori tribuendo eiusmodi monstra substituamus, nihil profecto in causa est. (9) *neglegunt*] R. p. S. (Hic *negligunt* ut N.) — *nec legunt* P. (11) — *contentum* P. (12) *Nam nil*] P. p. — *Nam nihil* Burm. S. — *Quod nihil* N. (Ibid.) — *passus vulnera* N. (14) *periclo*] p. S. — *periculo* P.

[FAB. VIII.]

CERVUS AD BOVES.

Cervus nemorosis excitatus latibulis,
Ut venatorum fugeret instantem necem,
Caeco timore proximam villam petit
Et opportuno se bubili condidit.
Hic bos latenti: Quidnam voluisti tibi,
Infelix, ultro qui ad necem cucurreris
Hominumque tecto spiritum commiseris?
At ille supplex: Vos modo, inquit, parcite;
Occasione rursus erumpam data.
Spatium diei noctis excipiunt vices.
Frondem bubulcus adfert nec ideo videt.
Eunt subinde et redeunt omnes rustici;
Nemo animadvertit: transit etiam vilicus,
Nec ille quicquam sentit. Tum gaudens ferus
Bubus quietis agere coepit gratias,
Hospitium adverso quod praestiterint tempore.
Respondit unus: Salvum te cupimus quidem;
Sed ille, qui oculos centum habet, si venerit,

FAB. VIII. (1) — *nemorum exagitatus* (non: *excitatus*) N. (4) — *oportuno* P. p. (Ibid.) *se bubili*] Gud. Burm. (*se bubuli* S. err. typogr.) — *se bovili* p. — *bovili se* R. teste Vinc. (*bobili* g.) *bovile se* P. — *Et inter bubulos rusticus se condidit* N. (5) — *Huic eo lat.* N. (7) ∞ *Hominisque* N. (8) *vos*] N. p. S. — *bos* P. R. (10) — *Spatium dein* N. (11) — *adfert* (non: *adfertur*) *nihil videt* N. (13) — *Nemo eum advertit* N. (Ibid.) *vilicus*] P. R. ut est semper in Inscriptt. = *villicus* N. p. S. (14) — *gaudens cervus* N. (15) *Bubus quietis*] R. N. S. — *Bobus quietis* p. — *Boves quietes* P. „Primae lectionis penitus abrasae nulla omnino in membrana vestigia exstant; neque ullo modo legi potest (in Cd. P.), ut aiunt, *bobus quietis*, quae lectio a Pithoeo supposita vera videtur; sive ut Cl. Schwabe: *bubus quietis.*" BERG. (16) — *hospicium* P. (Ibid.) — *quia praestarent* N. (17) — *te volumus* N. (19) — *magna* P. a pr. manu. — *periculo* P. (— *versatur* (contra P. R. p.) Hoogstr. et aliae Edd. vulgares. Deest v. 19. in N.) (21) *nuper boves*] N. p. S. — *boves nuper* P. (De R. non satis constat.)

Magno in periclo vita vertetur tua.
Haec inter ipse dominus a cena redit
Et, quia corruptos viderat nuper boves,
Accedit ad praesepe: Cur frondis parum est,
Stramenta desunt? Tollere haec aranea
Quantum est laboris? Dum scrutatur singula,
Cervi quoque alta conspicatur cornua:
Quem convocata iubet occidi familia
Praedamque tollit. Haec significat fabula,
Dominum videre plurimum in rebus suis.

[IX.]

AUCTOR.

Aesopi ingenio statuam posuere Attici
Servumque collocarunt aeterna in basi:
Patere honori scirent ut cuncti viam
Nec generi tribui, sed virtuti gloriam.
Quoniam occuparat alter, ne primus forem,
Ne solus esset, studui; quod superfuit:
Nec haec invidia, verum est aemulatio.
Quod si labori faverit Latium meo,
Plures habebit, quos opponat Graeciae.
Si livor obtrectare curam voluerit,

(23) Post *desunt* interrog. signum habent p. S. Berg. — *desunt. Tollere* Iannell. Zell. (25) *alta conspicatur*] N. S. — *est alta conspicatus* P. R. — *alta est conspicatus* p. Burm. (27) — *Praedumque* P. (— *Praedamque tollit, quam paraverat casus* om. ultimo vers. N.)

Epilogus. (1) *Aesopi ingenio*] N. firmans Gudii coni. S. — *Aesopi* (sic) *ingentem* R. — *Aesopo ingentem* P. p. „Revera in P. videtur primum fuisse: *Aesopi ingenio.*" Berg. (2) *Servumque*] N. p. S. — *Servulum quae* P. — *servolumque* R. (Ibid.) — *aeternae basi* N. (3) *honori - - cuncti*] N. firmans Bentl. coni. — *homini - - cuncti* P. R. Gud. — *honoris - - cuncti* p. Bothe. ∞ *honoris - - cunctis* Prasch. Burm. S. Nostram lect. interpretare: „ut cuncti scirent, patere (etiam infimis) viam ad honorem." (4) — *generit* P. a pr. m. — *genere* g. Reliqua huius epilogi om. N. (5) Lo-

Non tamen eripiet laudis conscientiam.
Si nostrum studium pervenit ad aures tuas
Et arte fictas animus sentit fabulas,
Omnem querelam submovet felicitas.
Sin autem doctus illis occurrit labor,
Sinistra quos in lucem natura extulit
Nec quicquam possunt nisi meliores carpere,
Fatale exitium corde durato feram,
Donec fortunam criminis pudeat sui.

LIBER TERTIUS.

PHAEDRUS AD EUTYCHUM.

Phaedri libellos legere si desideras,
Vaces oportet, Eutyche, a negotiis,
Ut liber animus sentiat vim carminis.
Verum, inquis, tanti non est ingenium tuum,
Momentum ut horae pereat officii mei.
Non ergo causa est manibus id tangi tuis,

cum emendavit Rittersh. sicque S. — *ne primus foret Nec splus esset studii quod superfuit* P. R. p. (Pithoeus defectus signa posuit ante v. 5.) (8) *faverit*] p. S. — *faveret* P. — *faberet* R. (10) *livor obtrectare*] p. S. — *libor oblectare* R. „vel *obiectare*" Vinc. (ut volebat Gud.) — *labor oblectare* P. „Recte Pithoeus: *livor obtrectare.* Neque ulla est in Cod. P., ut dixerunt, a manu secunda scripturae immutatio." Berg. (15) *Sin autem doctus illis*] Rigalt. S. — *Sin autem ab illis doctus* P. R. p. (17) *possunt*] Sic P. teste Berg. R. p. Sed Bongars. annotavit: „Vetus Cd. *possint.*" — *ne quicquam possint* Bipontini. (18) — *eventum* Bentleius.

LIBER III. Prologus. *Phaedrus ad Eutychum*] Sic P. p. „Editores *Prologus ad E.* Titulus ut legitur in Cod. si quidem est ab ipso auctore profectus, dirimit controversiam de nomine Phaedri, casu nominativo, quum et hic et alibi *Phaedrus* nuncupetur, non

Quod occupatis auribus non convenit.
Fortasse dices: Aliquae venient feriae,
Quae me soluto pectore ad-studium vocent.
Legesne, quaeso, potius viles naenias,
Impendas curam quam reï domesticae,
Reddas amicis tempora, uxori vaces,
Animum relaxes, otium des corpori,
Ut adsuëtam fortius praestes vicem?
Mutandum tibi propositum est et vitae genus,
Intrare si Musarum limen cogitas.
Ego, quem Pierio mater enixa est iugo,
In quo tonanti sancta Mnemosyne Iovi
Fecunda novies artium peperit chorum;
Quamvis in ipsa pene natus sim schola
Curamque habendi penitus corde eraserim
Et laude invicta vitam in hanc incubuerim,
Fastidiose tamen in coetum recipior.
Quid credis illi accidere, qui magnas opes
Exaggerare quaerit omni vigilia,
Docto labori dulce praeponens lucrum?
Sed iam quodcunque fuerit, ut dixit Sinon,
Ad regem quum Dardaniae perductus foret,

Phaeder." Berg. Utrumque rectum est. Cfr. Frontonis *Opp.* p. 22. Ed. Róm.: — *si quis iste revera* PHAEDER *fuit* cet. (4) *inquis*] p. S. — *inquit* P. R. Burm. Zell. Verum non est ficti alicuius adversarii, sed Eutychi ipsius sermo. (5) *officii mei*] P. p. Zell. ∞ *officiis meis* Heins. S. (6) — *tangit vis* g. (9) *soluto*] R. a sec. m. p. S. — *solito* R. a pr. manu. P. (10) *naenias*] p. — *nenias* R. S. Zell. — *venias* P. (14) *ut adsuetam fortius praestes*] Sic testibus Pithoeo, Bongarsio et Bergero P. nec quicquam contra notatur e R. (P. scil. ut solet, *prestes.*) Item S. —, *ut ad suetum* (sic, divise.) *fortius perstes* (sic) p. mala coni. (15) *et vitae*] p. S. — *ut vitae* P. R. (18) — *Memosyne* R. — *Nemosyne* g. — *sancta ne Nemosyne* P. (19) *Fecunda*] p. S. — *Facunda* P. R. (20) *in ipsa pene natus sim schola*] sic P. teste Berg. Heumann. — *in ipsa natus sim pene schola* p. S. Varie transposuerunt; sed unus Heum. verum ordinem Codicis divinavit. (22) *invicta*] Desbill. Zell. — *invita* P. R. p. — *multa* Gud. S. — *inventa* Censor Lips. (Ibid.) *vitam in hanc*] Prasch. S. — *in hanc vitam* P. R. p. (37) *fictis elusit*

Librum exarabo tertium Aesopi stilo,
Honori et meritis dedicans illum tuis.
Quem si leges, laetabor; sin autem minus,
Habebunt certe, quo se oblectent posteri.
Nunc, fabularum cur sit inventum genus,
Brevi docebo. Servitus obnoxia,
Quia quae volebat non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas transtulit
Calumniamque fictis elusit iocis.
Illius porro ego semita feci viam,
Et cogitavi plura quam reliquerat,
In calamitatem deligens quaedam meam.
Quod si accusator alius Seiano foret,
Si testis alius, iudex alius denique,
Dignum faterer esse me tantis malis,
Nec his dolorem delenirem remediis.
Suspicione si quis errabit sua
Et rapiet ad se, quod erit commune omnium,
Stulte nudabit animi conscientiam.
Huic excusatum me velim nihilominus:
Neque enim notare singulos mens est mihi,
Verum ipsam vitam et mores hominum ostendere.

iocis] p. S. — *fiet scelus it locis* P. R. testibus Bongars. Vinc. et Berg. — Pith. in Var. Lectt.: *fiet scelus et locis.*) *fictis* . . . . . N. „Corruptum hunc locum emendatione sagacissima scripturaeque quam proxima restituit Pithoeus. Quod de scriptura codicis Heinsius ac Neveletus asserunt, nihil est. Contra Gudius qui *scelusit locis* se legisse testatur, videtur aut ipsum codicem aut Pithoei apographum cognovisse, quum in Cod. uno tenore exaratae sint voces, et Pithoeus in apographo Codici Rosanboniano praefixo primum corruptam lectionem scripserit, quam deinde induxit. De *iocis* autem vel *locis* iam antea diximus litteras *l* et *i* initio vocum eodem prorsus modo esse scriptas." Berg. (38) *Illius porro ego semita*] Sic R. teste Vinc. i. e. *ex illius semita* cet. Nec necesse est ut legamus cum Scheff. et Burm.: *Ego porro illius semitam.* — *Ego illius porro semita* P. p. — *Ego illius pro semita* Gud. S. (Gud. dicit in Cd. esse *po* cum lineola; unde Richter et Iac. Gronov. volebant *post semitā.*) (41) *Quod si*] p. S. — *Quod sit* P. (44) *delenirem*] Bentl. Burm. S. = *delinirem* P. p. (45) — *suspiciones quis* g. — *suspectione*

Rem me professum dicet fors aliquis gravem.
Si Phryx Aesopus potuit, si Anacharsis Scytha
Aeternam famam condere ingenio suo:
Ego, litteratae qui sum propior Graeciae,
Cur somno inerti deseram patriae decus?
Threïssa quum gens numeret auctores suos,
Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo,
Qui saxa cantu movit et domuit feras
Hebrique tenuit impetus dulci mora.
Ergo hinc abesto livor; ne frustra gemas,
Quoniam mihi sollemnis debetur gloria.
Induxi te ad legendum: sincerum mihi
Candore noto reddas iudicium peto.

[FAB. I.]

ANUS AD AMPHORAM.

Anus iacere vidit epotam amphoram,
Adhuc, Falerna faece, e testa nobili
Odorem quae iocundum late spargeret.
Hanc postquam totis avida traxit naribus:
O suavis anima! quale in te dicam bonum

Bongars. Gud. (47) *nudabit*] p. S. — *nudavit* P. R. (51) *fors*] Bongars. et alii. S. — *forsan* P. — *forsitan* tribuit Remensi Gud. Non notavit Vinc. Post v. *gravem* P. R. inserunt gloss.: — *Frigem* g. (*Phrygem* Vinc. *Frige* P.) *fuisse Aesopum* sublatum iam a p. (52) Sic Burm. S. *si* ante *Anacharsis* tribuentes I. F. Gronovio. — *Si Phrix Esopus potuit si Anaharsae* (sic) *Scythae* P. teste Berg.; ita ut alterum *si* (nisi, quod suspicor, Berg. erravit) sit re vera in Cd. P. E R. Vinc. non affert nisi: — *Anacharsae Scythae.* — *Si Phryx Aesopus potuit Anacharsi Scythae* p. — *Si Phryx Aesopus potuit, Anacharsis Scytha* Rigalt. Faber. (54) *propior*] p. S. — *proprior* P. R. (58) ∾ *movit*, *edomuit* Bentl. (59) *Hebrique*] Rigalt. S. — *Herebique* (P. R.?) p. Desbill. („*Herebique*] Sic pro *Erebi.* Haec vox loco alterius penitus deletae (rasa membrana) prima manu scripta est." Berg. (60) — *libor* P. R. (61) *mihi sollemnis*] P. R. p. ∾ *sollemnis mihi* Bongars. Scalig. Guyet. Burm. S. — *debentur* g.

Antehac fuisse, tales quum sint reliquiae?
Hoc quo pertineat, dicet, qui me noverit.

[FAB. II.]

PANTHERA ET PASTORES.

Solet a despectis par referri gratia.
Panthera inprudens olim in foveam decidit.
Videre agrestes; alii fustes congerunt,
Alii onerant saxis: quidam contra miseriti
Periturae quippe, quamvis nemo laederet,
Misere panem, ut sustineret spiritum.
Nox insecuta est: abeunt securi domum,
Quasi inventuri mortuam postridie.
At illa, vires ut refecit languidas,
Veloci saltu fovea sese liberat
Et in cubile concito properat gradu.
Paucis diebus interpositis provolat,
Pecus trucidat, ipsos pastores necat,
Et cuncta vastans saevit irato impetu.
Tum sibi timentes, qui ferae pepercerant,
Damnum haud recusant, tantum pro vita rogant.
At illa: Memini qui me saxo petierit,

Fab. I. (2) *e testa*] Gud. S. — *et testa* P. R. N. p. Zell. (∞ *Falerna e faece et testa* Bentl.) (3) *spargent* Berg. Estne err. typogr.? — *sparserat* N. (4) — *avita* P. R. (5) *quale in te dicam bonum*] Gud. S. — *quale te dicam bonum* N. — *qualem te dicum bonam* P. R. p. (8) *hoc*] p. S. — *hunc* P. teste Berg. — *huc* P. teste Bongarsio.

Fab. II. (4) *quidam*] N. p. S. — *quidem* P. R. (Ibid.) *miseriti*] p. S. — *miserti* P. — *miseriam* N. (6) — *panem sustinentes* N. (8) — *post tridie* P. (9) *ut refecit*] R. a sec. m. p. S. — *ut reficit* R. a pr. m. P. — *vi refecit* N. (13) — *ipsius pastorem* (non *pastores*) N. (14) — *vertens saevit irati* N. (16) — *haut* P. R. (Ibid.) *pro vita*] N. p. S. — *prumta* P. teste Berg. — *promta* P. teste Bong. — *prumpta* g. (17) *At*] N. Heins. S. — *Et* P. R. p. (Ibid.) *saxo petierit*] Salmas. S. — *saxo petierat* P. g. — *saxo petierant* R. teste Vinc. ∞ *saxo petierint* p. ∞ *saxis pe-*

Qui panem dederit: vos timere absistite:
Illis revertor hostis, qui me laeserunt.

[FAB. III.]

AESOPUS ET RUSTICUS.

Usu peritus hariolo velocior
Vulgo esse fertur, causa sed non dicitur;
Notescet quae nunc primum fabella mea.
Habenti cuidam pecora pepererunt oves
Agnos humano capite. Monstro exterritus,
Ad consulendos currit maerens hariolos.
Hic pertinere ad domini respondet caput
Et avertendum victima periculum.
Ille autem adfirmat coniugem esse adulteram
Et insitivos significari liberos,
Sed expiari posse maiore hostia.
Quid multa? Variis dissident sententiis
Hominisque curam cura maiore adgravant.
Aesopus ibi stans, naris emunctae senex,
Natura nunquam verba cui potuit dare:
Si procurare vis ostentum, rustice,
Uxores, inquit, da tuis pastoribus.

tierit N. (18) *Qui*] N. — *Quis* P. R. p. S. (19) *laeserunt*] N. Bongars. et alii. S. — *laeserant* P. p. — *laeserat* g.

Fab. III. (1) „Pithoeus et Rigaltius, inquit doctiss. editor Vinariensis, emendarunt *veracior.* Sed *velocior* est in Ms. Pith. et ita editio princeps. Ubi vero emendationem dare potuerit Pithoeus, qui post Phaedrum editum, duobus vix elapsis mensibus, vita decessit, non videmus. Est quidem profecto *veracior* in Reg. exemplari manu notato.” Berg. Scil. ∾ *veracior* adscripsit suo exemplari Ed. principis Bongarsius. *velocior* notat etiam Gud. e Ms. (Rem.) (2) *Vulgo esse fertur, causa sed non*] p. coni. S. — *vulgo causa fertur sed non* P. R. (4) — *peperunt* g. (5) *exterritus*] N. teste Iannellio: firmans Pithoei coni. sicque p. S. — *perterritus* P. R. ∾ *territus* Gud. (6) *consulendos*] p. S. — *consolendos* P. g. — *consultandos* N. (tum P. g.: *merens hariolus.*) (7) *respondet*] Rigalt. S. — *respondit* P. g. p. (8) — *Avertendum esse vict.* N. (10) — *Et illegitimos significat l.* N. (11) — *expiare* N. (Ibid.) *maiore*] N.

[FAB. IV.]

LANIUS ET SIMIUS.

Pendere ad lanium quidam vidit simium,
Inter relicuas merces atque opsonia;
Quaesivit, quidnam saperet? Tum lanius iocans:
Quale, inquit, caput est, talis praestatur sapor.
Ridicule magis hoc dictum quam vere aestimo;
Quando et formosos saepe inveni pessimos,
Et turpi facie multos cognovi optimos.

[FAB. V.]

AESOPUS ET PETULANS.

Successus ad perniciem multos devocat.
Aesopo quidam petulans lapidem impegerat.
Tanto, inquit, melior! Assem deinde illi dedit,
Sic prosecutus: Plus non habeo mehercule,
Sed, unde accipere possis, monstrabo tibi.
Venit ecce dives et potens: huic similiter
Impinge lapidem, et dignum accipies praemium.
Persuasus ille fecit, quod monitus fuit;

Bongars. — *malori*] P. p. S. (13) — *Hominesque* P. — *adgrabant* g. (14) — *sibi* P. g. ∾ *ibi astans* Rittersh. Heins. Placet. — *ibi obstans* Bothe. (— *stans narrare incipit: Naturam nequaquam verba cuiquam dare* N.)

Fab. IV. (2) *relicuas*] Bongars. — *reliquas* P. p. — *reliquuas* S. (Ibid.) — *obsonia* P. p. — *opsonium* N. (4) — *praestatus* P. g. (5) *magis hoc dictum*] N. firmans p. coni. S. — *hoc dictum magis* P. R. Tum: *existimo* (non *aestimo*) N. — *hoc dictum mage quam vere existimo* Bentl. (6) — *formosus* P. g.

Fab. V. (1) *multos*] p. S. — *saepe multos* P. R. In R. tamen *saepe* del. a sec. manu. (2) — *lapides* N. (3) — *Fio, inquit* ex interpol. propter non intellectam formulam: *Tanto melior*: N. (4) — *mehercules* N. (6) — *Venit etiam* g. Non notatur nec a Pith. nec a Bongarsio nec a Vinc. nec a Berg. (10) *Comprensus*] N. Ursin. S. — *comprehensus* P. p. (— *poenas solvit sceleris* N. e Christiana interpol. ne sanctum *crucis* vocabulum ludibrio haberetur.)

Sed spes fefellit impudentem audaciam:
Comprensus namque poenas persolvit cruce.

[FAB. VI.]

MUSCA ET MULA.

Musca in temone sedit et mulam increpans,
Quam tarda es! inquit: non vis citius progredi?
Vide, ne dolone collum compungam tibi.
Respondit illa: Verbis non moveor tuis;
Sed istum timeo, sella qui prima sedens
Iugum flagello temperat lento meum
Et ora frenis continet spumantibus:
Quapropter aufer frivolam insolentiam:
Nam ubi †tricandum et ubi currendum sit scio.
Hac derideri fabula merito potest,
Qui sine virtute vanas exercet minas.

[FAB. VII.]

LUPUS AD CANEM.

Quam dulcis sit libertas, breviter proloquar.
Cani perpasto macie confectus lupus

FAB. VI. (1) *temone* N. p. S. — *timone* P. R. (2) — *tarde, inquit* R. teste Gudio; non notat Vinc. (Ibid.) *inquit non*] N. p. S. — *inquit et non* P. R. (3) *dolone*] p. S. — *dolose* P. — *dolos* R. teste Vinc. — *dolosa* N. (6) *meum*] — *meo* P. a prima m. Deiu correctum. — *flagellans temperat collo meum* N. (7) *et ora*] N. Prasch. S. — *et lora* P. R. p. (9) *Num ubi*] P. R. p. Zell. ∞ *Namque ubi* Rig. S. — *Num et ubi* Bentl. Haec futura minus necessaria censeo, praesertim ubi legatur *strigandum*. (Ibid.) *tricandum*] P R. p. S. ∞ *strigandum* Gruter. Rig. Burm. Mihi quoque hoc verum videtur, etiam post accurate pensitatum Schwabii Excursum VI. Negari enim nequit in v. *tricandi* inesse malitiae cuiusdam notionem minus huic loco convenientem, contra v. *strigandi*, de iumentis crebro usitatum, quietem propter qualemcunque causam, h. l., mula loquente, etiam voluntariam optime significat. Iam, ita constituto versiculo, necesse est cum Bentl. legamus: *currendum sit;* nullis enim machinis effici poterit, ut huiusmodi syllaba *um* ante v. *est*

Forte occurrit: † dein salutantes invicem
Ut restiterunt: Unde sic, quaeso, nites?
Aut quo cibo fecisti tantum corporis?
Ego, qui sum longe fortior, pereo fame.
Canis simpliciter: Eadem est conditio tibi,
Praestare domino si par officium potes.
Quod? inquit ille. Custos ut sis liminis,
A furibus tuearis et noctu domum.
Ego vero sum paratus: nunc patior nives
Imbresque in silvis asperam vitam trahens:
Quanto est facilius mihi sub tecto vivere,
Et otiosum largo satiari cibo?
Veni ergo mecum. Dum procedunt, aspicit
Lupus a catena collum detritum cani.
Unde hoc, amice? Nihil est. Dic, quaeso, tamen.
Quia videor acer, alligant me interdiu,
Luce ut quiescam, et vigilem, nox quum venerit:
Crepusculo solutus, qua visum est, vagor.
Adfertur ultro panis; de mensa sua
Dat ossa dominus; frusta iactant familia,
Et, quod fastidit quisque, pulmentarium.
Sic sine labore venter impletur meus.
Age, si quo abire est animus, est licentia?

haud elidatur, Latini quum eam semper pronuntiarint *currendumst*; facillime autem, ut pervulgatum est, in Cdd. confunduntur *est*, *'st*, *sit*. — *Ubi* (omisso: *nam*) *sit tardundum et ultro currendum scio* N., in quibus hoc quidem loco, etsi propensior in defendendum Perottum, interpolatorem agnoscere mihi videor. (— *Namque ubi strigandum est et ubi currendum, scio.* Rig. Burm.)

Fab. VII. (3) *dein salutantes*] P. R. — *dein* (non *deinde*) *salutati* N. — *salutantes dein* p. S. — *Forte occucurrit, dein salutans invicem, ut r.* Bentl. Puto fuisse: *dein salututum* (supinum.) „deinde ubi restiterunt eo fine ut se invicem salutarent cet." (9) — *Quale? inquit ille. Custos si fueris l.* N. (10) — *tuearis noctu* N. (16 *cani*] N. A. Romul. Heins. Bentl. S. ∾ *canis* P. R. p. Zell. (17) ∾ *dic sodes* N. (19) — *venit* N. (20) — *vager* N. (22) — *Datur ossa* g. P. a pr. manu. (Ibid. *iactant familia*] Iannellius, ut 3, 10, 24. Codices *concursant familia*. — *iactant famuli* N. — *proiiciunt familia* A. ∾ *iactat familia* P. R. p. S. (25) *abire*

Non plane est, inquit. Fruere, quae laudas, canis:
Regnare nolo, liber ut non sim mihi.

[FAB. VIII.]

SOROR ET FRATER.

Praecepto monitus saepe te considera.
Habebat quidam filiam turpissimam
Idemque insignem pulchra facie filium.
Hi, speculum in cathedra matris ut positum fuit,
Pueriliter ludentes forte inspexerunt.
Hic se formosum iactat: illa irascitur
Nec gloriantis sustinet fratris iocos,
Accipiens, quid enim? cuncta in contumeliam.
Ergo ad patrem decurrit laesura invicem,
Magnaque invidia criminatur filium,
Vir natus quod rem feminarum tetigerit.
Amplexus ille utrumque et carpens oscula
Dulcemque in ambos caritatem partiens,
Quotidie, inquit, speculo vos uti volo:
Tu formam ne corrumpas nequitiae malis;
Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.

est] Bongars. Faber. S. — *est abire* P. R. p. — *si quo abire vis* N. (26) — *Fruere his* N. (27) — *r. n. nisi libertatem habeam* N. e manifesta interpol.

Fab. VIII. (3) *insignem pulchra*] (N. teste Dorvillio.??) Harius. S. — *insigni et pulchra* P. R. N. (teste Iannellio.) p. (4) *Hi*] Salmas. S. — *His* P. R. p. — om. N. (Ibid.) *ut positum*] N. Salmas. S. — *suppositum* P. R. p. (5) *inspexerunt*] P. R. Zell. — *inspexerant* p. S. (In N. est litura.) (7) — *fratris sustinet* N. (9) *decurrit*] P. R. N. S. — *cucurrit* p. (*laesura invicem* etiam N., teste Iannellio; sed teste Dorvillio: — *laesura iuvenem.*) (11) — om. hunc v. N. (12) *Ampl. ille utrumque*] P. R. p. S. — *Ampl. utrumque ille* Rigalt. — *Ille ampl. utr.* N. (14) = *Cotidie* P. R. p. — *Cotidie, hoc* Bongars: — *Continue - - speculis* N. (15) — *nequitia* N.

Fab. IX. (5) *Ex*] p. = *E* Rig. S. — *Est* P. De R. non constat. N. om. hanc narratiunculam.

[FAB. IX.]

SOCRATES AD AMICOS.

Vulgare amici nomen, sed rara est fides.
Quum parvas aedes sibi fundasset Socrates,
(Cuius non fugio mortem si famam adsequar,
Et cedo invidiae, dummodo absolvar cinis:)
Ex populo sic nescio quis, ut fieri solet:
Quaeso, tam angustam talis vir ponis domum?
Utinam, inquit, veris hanc amicis impleam!

[FAB. X.]

POËTA DE CREDERE ET NON CREDERE.

Periculosum est credere et non credere.
Utriusque exemplum breviter exponam reï.
Hippolytus obiit, quia novercae creditum est:
Cassandrae quia non creditum, ruit Ilium.
Ergo exploranda est veritas multum, prius
Quam stulta prave iudicet sententia.
Sed fabulosa ne vetustate elevem,
Narrabo tibi memoria quod factum est mea.

FAB. X. (2) — *ponam* N. (— *breviter exemplum ponam rei* Burm.) (3) — *Hyppolitus* P. p. (Ibid.) *obiit*] N. P. S. — *obit* P. R. (5) — *semper prius* N. (6) — *stulte prava* N., ut voluerat Burm. (7) *fabulosa ne vetustate elevem*] Sic p. coni. (R. a sec. m.) S. — *fabulosa ne vetustatem levem* (sic) P. R. — *fabulosam ne vetustatem asseras* N. ∞ *fabulosam ne vetustatem eleves* Bentl. (8) — *quod memoria* N. (9) — *Maritus castum q.* N. ex versic. 14. (10) — *puram compararet* N. (11) *Seductus*] N. p. S. — *Sed vetus* P. R. (Ibid.) *liberto est*] N. Bentl. S. — om. *est* P. R. p. (12) *her. sufficí se*] Rig. Salm. S. — *h. sufficisse* P. R. teste Gudio. (*h. sufficis se* R. teste Vincentio, et correctum a sec. m. *suffici se*.) — *h. fieri se* N. — *h. se fecisse* p. (13) *qui quum*] R. (?) Rittersh. S. — *qui dum* P. p. — *hic quum* N. Heins. — *cui dum* Bongars. (16) — *amantem* N. (20) — *Suo sedit dehinc* N. (21) — *cub. infelix petens* N. (22) — *natum mater* N. (24) *concursant*] P. R. a pr. m. p. S. — *concursat* R. a sec. m. N. Bongars.

Maritus quidam quum diligeret coniugem
Togamque puram iam pararet filio,
Seductus in secretum a liberto est suo,
Sperante heredem suffici se proximum,
Qui quum de puero multa mentitus foret
Et plura de flagitiis castae mulieris,
Adiecit id, quod sentiebat maxime
Doliturum amanti, ventitare adulterum
Stuproque turpi pollui famam domus.
Incensus ille falso uxoris crimine
Simulavit iter ad villam clamque in oppido
Subsedit: deinde noctu subito ianuam
Intravit, recta cubiculum uxoris petens,
In quo dormire mater natum iusserat,
Aetatem adultam servans diligentius.
Dum quaerunt lumen, dum concursant familia,
Irae furentis impetum non sustinens
Ad lectum accedit, tentat in tenebris caput.
Ut sentit tonsum, gladio pectus transigit,
Nihil respiciens, dum dolorem vindicet.
Lucerna adlata, simul adspexit filium
Sanctamque uxorem dormientem cubiculo,
Sopita primo quae nil somno senserat,
Repraesentavit in se poenam facinoris
Et ferro incubuit, quod credulitas strinxerat.
Accusatores postularunt mulierem

(26) *accedit*] P. R. p. ∾ *vadit* N. (prob. Burm.) S. (= *temtat* P. R. p.) (27) — *sensit* N. (Ibid.) *transigit*] Bongars. Ritt. S. — *transfigit* P. R. N. p. (28) *Nihil respiciens, dum*] N. p. S. — *nihil in respiciendum* P. R. (In hoc correctum, probabiliter demum Sec. XVII. ex Edd.) (31) *nil*] N. p. S. — *nihil* P. g. (34) — *postolarunt* P. g. (36) — *Magna insolentem* (non: *insontem*) N. (— *suspectio* Bongars.) (37) — *possidet* N. (39) „Hic versus (in P. et R.) exaratus est literis maiusculis iisdemque rubricatis, instar tituli." Berg. — *Pontificem maximum rogarunt iudices* Christianâ interpol. N. (41) *Quando*] Sic N. — *quod* P. R. p. S. (— *terror* N.) (42) *dispulit*] p. S. — *distulit* P. g. In N. vv. 42. et 43.

Romamque pertraxerunt ad centumviros.
Maligna insontem deprimit suspicio,
Quod bona possideat. Stant patroni fortiter
Causam tuentes innocentis feminae.
 A Divo Augusto tunc petiere iudices,
Ut adiuvaret iuris iurandi fidem,
Quando ipsos error implicuisset criminis.
Qui postquam tenebras dispulit calumniae
Certumque fontem veritatis repperit,
Luat, inquit, poenas causa libertus mali.
Namque orbam nato simul et privatam viro
Miserandam potius quam damnandam existimo.
Quod si delata perscrutatus crimina
Paterfamilias esset, si mendacium
Subtiliter limasset, a radicibus
Non evertisset scelere funesto domum.
 Nil spernat auris, nec tamen credat statim:
Quandoquidem et illi peccant, quos minime putes,
Et qui non peccant impugnantur fraudibus.
 Hoc admonere simplices etiam potest,
Opinione alterius ne quid ponderent:
Ambitio namque dissidens mortalium
Aut gratiae subscribit aut odio suo.
Erit ille notus, quem per te cognoveris.
 Haec executus sum propterea pluribus,
Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus.

ita in unum conflati sunt: *Qui postquam fontem veritatis reperit.* (44) — *poenas pessimus libertus* N. (45) = *ac pr.* N. (47) *delata*] Burm. Heusing. S. — Firmat aliquatenus N.: — *delatum bene scrutatus crimen.* — *damnanda* P. R. p. — *nefanda* Anonymi susp. (48) *Paterfamilias*] N. p. S. — *Paterfamiliae* P. (De R. haud constat.) (51) *Nil*] N. p. S. — *Nihil* P. R. (52) — *putas* N. (54) – *ammonere* P. R. p. (55) *Opinione*] R. P. S. — *Opiniones* p. (Ibid.) *ne quid ponderent*] Nescio qui primus sic emendarit. An Rigaltius? Tribuunt Heinsio. Sed est iam in ed. Fabri 1664. et e correctione etiam in R. — *ne quis ponderet* P. R. a pr. m. teste Vinc. p. (— *ne qui sponderet* R. teste Gudio.) (59) = *exsequutus* R.

[FAB. XI.]

EUNUCHUS AD IMPROBUM.

Eunuchus litigabat cum quodam improbo,
Qui super obscena dicta et petulans iurgium
Damnum insectatus est amissi corporis.
En, ait, hoc unum est, cur laborem validius,
Integritatis testes quia desunt mihi.
Sed quid fortunae, stulte, delictum arguis?
Id demum est homini turpe, quod meruit pati.

[FAB. XII.]

PULLUS AD MARGARITAM.

In sterquilino pullus gallinaceus
Dum quaerit escam, margaritam repperit.
Iaces indigno quanta res, inquit, loco!
Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui,
Olim redisses ad splendorem pristinum;
Ego quod te inveni, potior cui multo est cibus,
Nec tibi prodesse nec mihi quicquam potest.
Hoc illis narro, qui me non intelligunt.

[FAB. XIII.]

APES ET FUCI, VESPA IUDICE.

Apes in alta quercu fecerant favos:

FAB. XI. (2) *Qui*] N. Rittersh. S. — *Cui* P. R. p. (5) — *Integritati - - - meae* N. (6) *delictum*] N. p. S. — *delectum* P. R.
FAB. XII. (1) *sterquilino*] Salm. S. — *sterquilinio* P. N. p. — *stercuilinio* R. (Ibid.) *gallinaceus*] N. S. = *gallinacius* P. p. (De R. haud constat.) (4) *Hoc si quis*] P. R. N. p. S. ∞ *Hic si quis* Bothe. — *O si quis* Rigalt. (— *vidisses* R. a pr. m. — om. *tui* N.) (5) *pristinum*] N. Romul. Bentl. S. — *maximum* P. R. p. (6) *Ego quod te inveni*] (non: *quod inveni*) N. teste Iannellio, firmans coni. Tollii, Bentl. — *Ego qui te inv.* P. R. p. S. — *Ego te inveni - - cibus*. Bongars. (— *cui potior est cibus* N.) (7) — *potest* N. Toll. Bentl. — *potes* P. R. p. S. (8) — *narrat* P. a pr. m.

Hos fuci inertes esse dicebant suos.
Lis ad forum deducta est, vespa iudice:
Quae genus utrumque nosset quum pulcherrime,
Legem duabus hanc proposuit partibus:
Non inconveniens corpus et par est color,
In dubium plane res ut merito venerit.
Sed ne religio peccet inprudens mea,
Alvos accipite et ceris opus infundite,
Ut ex sapore mellis et forma favi,
De quîs nunc agitur, auctor horum appareat.
Fuci recusant: apibus conditio placet.
Tunc illa talem †sustulit sententiam:
Apertum est quis non possit, et quis fecerit.
Quapropter apibus fructum restituo suum.
  Hanc praeterissem fabulam silentio,
Si pactam fuci non recusassent fidem.

[FAB. XIV.]

DE LUSU ET SEVERITATE.

Puerorum in turba quidam ludentem Atticus
Aesopum nucibus quum vidisset, restitit
Et quasi delirum risit. Quod sensit simul
Derisor potius quam deridendus senex,
Arcum retensum posuit in media via:
Heus! inquit, sapiens, expedi, quid fecerim.

FAB. XIII. (1) *alta*] N. p. S. — *alia* P. g. (Ibid.) *quercu fecerant*] p. S. — *fecerant quercu* N. — *quercu fecerunt* P. R. (2) — *suis* g. (3) — *deducta ad forum est* N. altero loco; bis enim hanc habet fabulam. Mox N. habet *nosset*, non *noscet*. (5) — *duarum* BERG. tacite. Habetne sic P. an est err. typogr.? (6) = *colos* R. a pr. m. (9) *Alvos*] P. R. S. — *alveos* N. bis. p. (11) *quis*] N. p. S. — *quibus* P. R. (12) — *fusi* P. (13) — *Tum* P. (saltem ex Berg. Ed.) (Ibid.) *sustulit*] P. R. p. corruptum videtur ex: *iis*, *eis tulit*. Arbitrariae autem correctt.: — *pertulit* N. altero loco. Cuningh. — *protulit* N. altero loco. S. — *sententia* g. (non P.) (14) *et quis*] N. — *aut quis* P. R. p. S.

Concurrit populus. Ille se torquet diu
Nec quaestionis positae causam intellegit.
Novissime succumbit. Tum victor sophus:
Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris;
At si laxaris, quum voles erit utilis.
  Sic ludus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

[FAB. XV.]

CANIS AD AGNUM.

  Inter capellas agno balanti canis:
Stulte, inquit, erras; non est hîc mater tua;
Ovesque segregatas ostendit procul.
Non illam quaero, quae, quum libitum est, concipit,
Dein portat onus ignotum certis mensibus,
Novissime prolapsam effundit sarcinam;
Verum illam, quae me nutrit admoto ubere
Fraudatque natos lacte, ne desit mihi.
Tamen illa est potior, quae te peperit. Non ita est.
Unde illa scivit, niger an albus nascerer?
Age porro; parere si voluisset feminam,

Fab. XIV. (3) *delirum*] N. p. S. — *delerum* P. R. (4) — *Ut derisorem potius ridendum ostenderet* N. (A pr. manu N.: *deridendum.*) (8) — *poitae* cum lineola N. (9) — *Novisseme* R. (Ibid.) *victor sophus*] Bongars. in exempl. Bern. Etiam Franciscus Pithoeus, teste Zellio. S. — *victor Aesopus* P. R. p. (Petrus Pithoeus cum asterisco.) — *vero Aesopus* N. (10) — *si tensum semper* N. (11) — *laxaveris* N. (12) *ludus - - debet* Scheff. Burm. S. — *lusus - - debet* N. Ursin. — *lusus - - debent* P. R. p. Zell. duobus cum dactylis. (13) — *Ad c. ut sic melior redeat* N.

Fab. XV. (1) *balanti*] N. p. S. — *ballanti* P. R. — *palanti* Prasch. Salm. Bentl. (— *vaganti* Rom.) (2) *hic*] N. A. Romul. S. — *haec* P. R. p. (5) *Dein portat*] p. S. — *deinde portat* P. R. — *dein fert* N. (7) — *admodum* (sic) *ubere* N. (9) — *illa potior quae peperit* N. (10) — *nasceretur* N. (11. 12) *Age porro; parere si voluisset feminam, Quid profecisset, quum crearer masculus?*] Sic N. In P. duo hi versiculi rectissimam sententiam praebentes ac Phaedro prorsus digni ita in unum contracti sunt: *Age porro fecisset: quum crearer masculus*: itemque in R., nisi quod hic, nisi

Quid profecisset, quum crearer masculus?
Beneficium magnum sane natali dedit,
Ut exspectarem lanium in horas singulas!
Cuius potestas nulla in gignendo fuit,
Cur hac sit potior, quae iacentis miserita est
Dulcemque sponte praestat benevolentiam?
Facit parentes bonitas, non necessitas.
His demonstrare voluit auctor versibus
Obsistere homines legibus, meritis capi.

[FAB. XVI.]

CICADA ET NOCTUA.

Humanitati qui se non accommodat,
Plerumque poenas oppetit superbiae.
Cicada acerbum noctuae convicium
Faciebat, solitae victum in tenebris quaerere,
Cavoque ramo capere somnum interdiu.
Rogata est, ut taceret. Multo validius
Clamare occoepit. Rursus admota prece
Accensa magis est. Noctua ut vidit sibi
Nullum esse auxilium et verba contemni sua,

subest error, pro Pithoeani *fecisset* peius etiam habet: — *fuisset*; utrumque vero sensu caret. Aberravit scil. librarius archetypi, unde fluxerunt P. et R., a vv. *Age porro* ad syll. *pro* sequentis vers., media omittens. Vulnus tacite occultavit Pithoeus, coni. rescribens: *Age porro scisset, quum crearer masculus*: ita, ut vv. *quum cr. masc.* ad seqq. traherentur; in quo plures Editores merito haeserunt. Hoc tamen v. *scisset* tamquam scriptura Cdd. ipsorum adhuc propagatum est. (13) = *sane magnum* N. (Ibid.) *natali*] N. p. S. — *natale* P. R. (14) *exspectarem*] N. p. S. — *spectarem* P. R. (15) — *gygnendo* P. (16) — *miserta* N. (17) = *benivolentiam* P. R. N. p. (18) ∞ *parentem* N. (Ibid.) — *nativitas* Romul. (20) *legibus*] p. S. — *legimus* P. (De R. haud constat.)

Fab. XVI. N., (ut fere solet) sic interpolavit promythium: *Non esse sponte alicui faciendam iniuriam; nam qui humanitati se non accommodat* (non: *accommodant*), *plerumque poenas dat* (non: *dant*) *superbiae.* (3) — *convitium* N. (4) — *Agebat* N. (7) *occoepit*] N. (Verbum mediae aetati paene ignotum et saepissime obliteratum interpolatori tribui haud potest.) — *coepit* P. R. p. S.

Hac est adgressa garrulam fallacia:
Dormire quia me non sinunt cantus tui,
Sonare cithara quos putes Apollinis,
Potare est animus nectar, quod Pallas mihi
Nuper donavit; si non fastidis, veni;
Una bibamus. Illa, quae arebat siti,
Simul cognovit vocem laudari suam,
Cupide advolavit. Noctua egressa e cavo
Trepidantem consectata est et leto dedit.
Sic viva quod negarat tribuit mortua.

[FAB. XVII.]

ARBORES IN DEORUM TUTELA.

Olim, quas vellent esse in tutela sua,
Divi legerunt arbores. Quercus Iovi
Et myrtus Veneri placuit, Phoebo laurea,
Pinus Cybebae, populus celsa Herculi.
Minerva admirans, quare steriles sumerent,
Interrogavit. Causam dixit Iuppiter:
Honorem fructu ne videamur vendere.
At mehercules narrabit quod quis voluerit,

(9) — *contemni duta* N. (10) — *fallatia* P. (11) — *D. quum* (non: *quoniam*) *non s.* N. (12) — *putas* Bongarsii susp. — *Apollinem* Burm. (— *Apollonis* P. a pr. manu.) — om. v. 12. N. (13) — *potare si an.* N. e scriptura *potarest.* (15) *arebat*] N. — *ardebat* P. R. p. S. Sed verbum exquisitius Perotto interpolatori minime vafro equidem non adsigno. (16) — *Simul gaudebat* N. ex interpol. parum intellecta partic. *simul* pro *simul ac.* (17) *egressa e cavo*] N. p. S. — *egressa cavo* P. R. Rig. (18) *trepidantem*] P. R. N. p. Zell. — *crepitantem* Heins. S. Verum, quum aufugiunt cicadae (id quod significatur v. *consectata*), minime *crepitant.*

Fab. XVII. (3) = *myrtos* P. R. (— *Poebo* P. R. — *Phoebus* N. teste Dorvill.; neutiquam vero teste Iann.) (Ibid.) *laurus* N. (4) *Pinus Cybebae, populus*] Burm. S. (— *Pinus Cibele* (sic), *populus* p. tacite.) — *Pinus Cybebae populus* superscr. vocabulo *populus* gloss. postea deletum; *Neptuno.* R. Hinc: — *Pinus Cibebe, Neptuno populus* P.: qui fons est lectionis N.: *Pinus Neptuno, populus.* Ergo ne hoc quidem loco interpolatorem consulto egit Perottus. (5) — *ammirans* P. R. = *sterilis* N., qui prob. Iannellio sic distin-

Oliva nobis propter fructum est gratior.
Tunc sic deorum genitor atque hominum sator:
O nata, merito sapiens dicere omnibus!
Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.
Nihil agere quod non prosit fabella admonet.

[FAB. XVIII.]

PAVO AD IUNONEM DE VOCE SUA.

Pavo ad Iunonem venit indigne ferens
Cantus luscinii quod sibi non tribuerit:
Illum esse cunctis auribus admirabilem,
Se derideri, simul ac vocem miserit.
Tunc consolandi gratia dixit dea:
Sed forma vincis, vincis magnitudine;
Nitor smaragdi collo praefulget tuo
Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.
Quo mî, inquit, mutam speciem, si vincor sono?
Fatorum arbitrio partes sunt vobis datae:
Tibi forma, vires aquilae, luscinio melos,
Augurium corvo, laeva cornici omina:
Omnesque propriis sunt contentae dotibus.

guit: *Minerva admirans quare sterilis sumerent*, *Interrogavit caussam; dixit Iuppiter.* (7) *Honorem ſructu*] N. in Cornucopiae variorum coni. firmans. S. — *Honore ſructum* P. R. p. — *Honorem ſructue* Codici Perottino tribuit Dorvill.; nequaquam vero Iannell. (8) *mehercules*] N. S. — *mehercule* P. R. p. (Ibid.) *narrabit*] p. S. — *narravit* P. R. — *mehercules inquit quod* N. (9) *ſructum*] R. a sec. m. Rittersh. S. — *ſructus* P. R. a pr. m. N. p. (10) = *Tum* N. teste Iann. (Ibid.) *genitor*] N. p. S. — *gentium* P. R. (13) — *ammonet* R. — *monet* P. Correxit p.

Fab. XVIII. (1) ∾ *Pavo Iunonem convenit* N. (2) — *luscini* R. — *lusciniae* h. l. et v. 11. N. servans tamen v. *illum*. (3) *auribus*] P. R. S. ∾ *avibus* N. firmans Pithoei coni. tacite ab eo receptam. (— *ammirabilem* P. R.) (5) — *grdtiam* P. R., uterque a pr. manu. — *duxit* g. Non memorat Vinc. (6) — *ſorma tu vincis et magn*. N. (sic). (7) = *zmaragdi* Burm. S. (9) *Quo mî*] p. S. — *quo mihi* P. R. — *Cur mihi*, *inquit*, *species*, *si* N. ex interpol. (10) — *vobis sunt* N. teste Dorvill., non Iann. (12) — *leva c. homina* P. R. (13) *Omnesque*] Sic tres Cdd. P. R. N. (non:

Noli adfectare quod tibi non est datum,
Delusa ne spes ad querelam recidat.

[FAB. XIX.]

AESOPUS RESPONDET GARRULO.

Aesopus domino solus quum esset familia,
Parare cenam iussus est maturius.
Ignem ergo quaerens, aliquot lustravit domus,
Tandemque invenit, ubi lucernam accenderet.
Tum circueunti fuerat quod iter longius,
Effecit brevius: namque recta per forum
Coepit redire. Et quidam e turba garrulus:
Aesope, medio sole quid cum lumine?
Hominem, inquit, quaero, et abiit festinans domum.
Hoc si molestus ille ad animum rettulit;
Sensit profecto se hominem non visum seni,
Intempestive qui occupato adluserit.

LIBER QUARTUS.

[FAB. I.]

ASINUS ET GALLI.

Qui natus est infelix, non vitam modo
Tristem decurrit, verum post obitum quoque

omnes quae.) Zell. — *Omnes quae* p. S. (— *propiis* P.) (Ibid.) *dotibus*] N. firmans Heinsii coni. S. — *vocibus* P. R. p. (15) — *reccidat* P. a pr. m. Salmasius. (Non *densa* (Dorvill.) sed, teste Iann. *delusa* habet etiam N.)

Fab. XIX, (1) — *quum esset solus* N. Lallem. Brot. (3) *domus*] P. R. p. = *domos* S. — *domos aliquot lustravit* N. (4) — *accenderat* g. (5) *circueunti*] Burm. S. = *circumeunti* P. R. N. p. (7) *redire. Et quidam e*] p. S. — *redire. Quidam e* N. — *redire. Et quidem est* P. teste Berg. (8) *quid cum*] N. Bongars. S. — *quid tu cum* P. R. p. (9) *abiit*] Rittersh. S. — *abit* P. R.

Persequitur illum dura fati miseria.
Galli Cybebes circum *in* quaestus ducere
Asinum solebant baiulantem sarcinas.
Is quum labore et plagis esset mortuus,
Detracta pelle sibi fecerunt tympana.
Rogati mox a quodam delicio suo,
Quidnam fecissent? hoc locuti sunt modo:
Putabat se post mortem securum fore;
Ecce aliae plagae congeruntur mortuo.

[FAB. II.]

POËTA.

Ioculare tibi videtur: et sane levi,
Dum nihil habemus maius, calamo ludimus.
Sed diligenter intuere has naenias:
Quantam sub illis utilitatem reperies!
Non semper ea sunt, quae videntur: decipit
Frons prima multos; rara mens intellegit,
Quod interiore condidit cura angulo.
Hoc ne locutus sine mercede existimer,
Fabellam adiiciam de mustela et muribus.
Mustela, quum annis et senecta debilis
Mures veloces non valeret adsequi,
Involvit se farina et obscuro loco
Abiecit neglegenter. Mus escam putans
Adsiluit et compressus occubuit neci.

N. p. (12) — *illuserit* Gud. Omittit hunc v. N. Brotier, Schwabius, Zell. huic libro Epilogum addunt Lib. IV. Fab. 25. Codd. P. et R.; prologum autem iidem Editores sequenti libro praeponunt epilogum libri IV. apud Pithoeum, sive apud Burm. prologum Libri V. *Quum destinassem.* Nos codicum ordinem retinuimus.

LIBRI IV. Fab. I. (3) *Cybebes*] P. R. S. — *Cybeles* p. (Ibid.) *circum in quaestus*] Gud. S. — *circum questus* (sic) P. R. p. (7) ∞ *detracta e pelle* Rittersh. Burm. Bothe. (8) — *delicioso* P. a sec. m. (11) *mortuo*] p. S. — *mortui* P. g.

Fab. II. (1) — *Iocul*a*res tibi videntur* Heins. Bothe. (Ibid.) *levi*] Scheff.

Alter similiter periit, deinde et tertius:
Aliquot secutis venit et retorridus,
Qui saepe laqueos et muscipula effugerat;
Proculque insidias cernens hostis callidi,
Sic valeas, inquit, ut farina es, quae iaces!

[FAB. III.]

DE VULPE ET UVA.

Fame coacta vulpes alta in vinea
Uvam adpetebat summis saliens viribus;
Quam tangere ut non potuit, discedens ait:
Nondum matura est; nolo acerbam sumere.
Qui facere quae non possunt, verbis elevant,
Adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

[FAB. IV.]

EQUUS ET APER.

Equus sedare solitus quo fuerat sitim,
Dum sese aper volutat, turbavit vadum.
Hinc orta lis est. Sonipes iratus fero
Auxilium petiit hominis, quem dorso levans
Rediit ad hostem. Iactis hunc telis eques
Postquam interfecit, sic locutus traditur:

Burm. — *leve* P. R. p. S. (2) *maius*] p. S. — *manu* (non *manus*) P. R. (— *calomo* P. R.) (4) *sub illis*] p. S. — *subtilis* P. R. (5) *decipit*] p. S. — *despici* (non *despicit*) P. R. (7) *interiore*] Rittersh. S. — *inferiore* P. R. p. (8) = *loquutus* R. (12) — *obcuro* P. (13) — *nec legenter* P. R. (14) *Adsiluit*] p. S. — *adsilit* P. Certe Berg. tacite sic. (Ibid.) *compressus*] P. R. p. S. ꝏ *comprenseus* Rittersh. Bentl. (15) Sic Bentl. (partim cum Romulo: *Alter similiter capitur, deinde et tertius.*) S. — *A. sim. deinde perit et tertius* P. R. p. (16) *Aliquot secutis venit et retorridus*] Rig. S. — *Aliquod* (sic certe P.) *venit saeculis reterritus* P. R. a pr. manu. A secunda (et quidem ab eadem, ex Vincentii iudicio) *reterritus* deletum et superscr. *retorridus;* in P. manus sec.: *rete territus.* — *Aliquot venit saeculis rete territus* p.

Laetor tulisse auxilium me precibus tuis;
Nam praedam cepi et didici quam sis utilis.
Atque ita coëgit frenos invitum pati.
Tum maestus ille: Parvae vindictam reï
Dum quaero demens, servitutem repperi.
Haec iracundos admonebit fabula
Impune potius laedi quam dedi alteri.

[FAB. V.]

POËTA.

Plus esse in uno saepe quam in turba boni,
Narratione posteris tradam brevi.
Quidam decedens tres reliquit filias:
Unam formosam et oculis venantem viros;
At alteram lanificam et frugi, rusticam;
Devotam vino tertiam et turpissimam.
Harum autem matrem fecit heredem senex
Sub conditione, totam ut fortunam tribus
Aequaliter distribuat, sed tali modo:
Ne data possideant aut fruantur; tum, simul
Habere res desierint, quas acceperint,
Centena matri conferant sestertia.
Athenas rumor implet. Mater sedula
Iuris peritos consulit: nemo expedit,

FAB. III. (1) = *vulpis* P. R. p. S. (3) — *acervum* P. g. — *acerbum* R. teste Vinc. (?)

FAB. IV. (4) *petiit*] p. S. — *petit* P. R. (5) *Rediit*] p. S. — *redit* P. R. (Ibid.) *hostem. laetis*] p. S. — *hostem luetus: Iaotis* P. R. — *laetus.* *Hunc* Rittersh. Rig. Ed. 2. (6) — *interficit* P. (Certe sic Berg. tacite.) = *loquutus* R. (13) — *pocius* P. g.

FAB. V. (5) — *laneficam* R. — *fruci* g. (— *lanificam*, *frugi et r.* Heins. Burm.) (10) *Ne*] p. S. — *ni* P. R. (— *dum simul haberi* R. a sec. m.) (12) — *conferunt* P. a sec. m. — *se tertia* P. (13) ∞ *sedulo* Baiteri susp. (15) *Quo pacto non*] p. S. — *quo pacto si non* P. R. (16) *deinde*] „vel *de hiis*." Margo Rem. (19) „Inter lineas in Ms. Rem., eadem antiquiss. manu, notatur: in alio codice fuit *census*." Gud. Vincent. ipsi Codici tribuit *census*. (20) — *neclecto* R. =

Quo pacto non possideant, quod fuerit datum,
Fructumve capiant: deinde quae tulerint nihil,
Quanam ratione conferant pecuniam.
Postquam consumpta est temporis longi mora,
Nec testamenti potuit sensus colligi,
Fidem advocavit, iure neglecto, parens.
Seponit moechae vestem, mundum muliebrem,
Lavationem argenteam, eunuchos, glabros:
Lanificae agellos, pecora, villam, operarios,
Boves, iumenta et instrumentum rusticum:
Potrici plenam antiquis apothecam cadis,
Domum politam et delicatos hortulos.
Sic destinata dare quum vellet singulis
Et adprobaret populus, qui illas noverat,
Aesopus media subito in turba constitit:
O si maneret condito sensus patri
Quam graviter ferret, quod voluntatem suam
Interpretari non potuissent Attici!
Rogatus deinde solvit errorem omnium.
Domum et ornamenta cum venustis hortulis
Et vina vetera date lanificae rusticae:
Vestem, uniones, pedisequos et cetera
Illi adsignate, vitam quae luxu trahit:
Agros, vites et pecora cum pastoribus
Donate moechae. Nulla poterit perpeti,
Ut moribus quid teneat alienum suis.
Deformis cultum vendet, ut vinum paret;
Agros abiiciet moecha, ut ornatum paret;
At illa gaudens pecore et lanae dedita
Quacunque summa tradet luxuriae domum.

nec lecto P. (ut miro errore volebat Gud.) (23) — *peccara* P. a pr. m. (25) — *apotecam* P. p. (34) — *ortulis* P. (38) *agros, vites*] p. S. — *agros utiles* P. R. — *agros, villas* Gud. (— *peccora* P.) (41) — *vinum petat* I. F. Gronov. Burm. (42) = *abiciet* P. R. p. (44) *summa tradet luxuriae*] p. S. — *summae tradat luxoriae* P. R. (— *demum* R. a sec. manu.) (46) *Et dictam*]

Sic nulla possidebit, quod fuerit datum,
Et dictam matri conferent pecuniam
Ex pretio rerum, quas vendiderint singulae.
Ita quod multorum fugit inprudentiam
Unius hominis repperit sollertia.

[FAB VI.]

PUGNA MURIUM ET MUSTELARUM.

Quum victi mures mustelarum exercitu
(Historia quorum in tabernis pingitur)
Fugerent et artos circum trepidarent cavos,
Aegre recepti tamen evaserunt necem.
Duces eorum, qui capitibus cornua
Suis ligarant, ut conspicuum in proelio
Haberent signum, quod sequerentur milites,
Haesere in portis suntque capti ab hostibus;
Quos immolatos victor avidis dentibus
Capacis alvi mersit tartareo specu.
Quemcunque populum tristis eventus premit,
Periclitatur magnitudo principum:
Minuta plebes facili praesidio latet.

[FAB. VII.]

PHAEDRUS.

Tu, qui, nasute, scripta distringis mea
Et hoc iocorum legere fastidis genus,
Parva libellum sustine patientia,
Severitatem frontis dum placo tuae

p. S. — *Edictam* P. R. (47) *Ex*] p. S. — *Et* P. (*De* R. non constat.)

FAB. VI. (2) — *quorum* * *in tabernis* p. — *Quorum in tab. hist. depingitur* Rigalt. (4) — *aegri* R. a pr. m. (13) *plebes*] p. S. — *plebis* P. R.

FAB. VII. (In titulo: *FEDRVS* P.) (1) *distringis*] P. p. —

Et in cothurnis prodit Aesopus novis.
Utinam nec unquam Pelii nemoris iugo
Pinus bipenni concidisset Thessala!
Nec ad professae mortis audacem viam
Fabricasset Argus opere Palladio ratem,
Inhospitalis prima quae Ponti sinus
Patefecit in perniciem Graiûm et Barbarûm!
Namque et superbi luget Aeetae domus
Et regna Peliae scelere Medeae iacent,
Quae saevum ingenium variis involvens modis,
Illic per artus fratris explicuit fugam,
Hic caede patris Peliadum infecit manus.
Quid tibi videtur? Hoc quoque insulsum est, ais,
Falsoque dictum; longe quia vetustior
Aegaea Minos classe perdomuit freta
Iustoque vindicavit exemplo impetum.
Quid ergo possum facere tibi, lector Cato,
Si nec fabellae te iuvant nec fabulae!
Noli molestus esse omnino litteris,
Maiorem exhibeant ne tibi molestiam.
Hoc illis dictum est, qui stultitia nauseant
Et, ut putentur sapere, caelum vituperant.

destringis Ritt. S. (3) *Parva libellum*] Rigalt. Ed. 2. S. — *Par libellum* P. (de R. non constat.) — *Purum libellum* p. — *Parvum lib.* Rittersh. — *Parva labellum* Bongars. et rursus Bentl. (5) ∾ *En in* Meurs. Bothe.) (— *coturnis* P. R. p.) (Ibid.) *novis*] p. S. — *nobis* P. R. (6) *nec unquam*] Bongars. S. — *ne unquam* P. R. p. (Ibid.) *Pelii*] Heins. S. — *Pelei* P. R. p. (12) *Aeetae*] p. S. — *aetate* P. (de R. non satis constat.) (13) — *scele* P. (16) *infecit*] p. S. — *interfecit* P. R. (17) *ais*] p. S. — *ait* P. R. (19) *Aegaea Minos*] p. S. — *Aegre Aminos* P. (De R. non satis constat.) (20) *impetum*] p. S. — *imperium* P. R. (21) *lector Cato*] p. S. — *lecte reato* (non *lector cate*) P. R. (22) — *fabella te iubant* P. R. (et P.: — *fubulae.*) (25) *qui stultitia*] Bongars. (Ritt.) S. — *si qui stultitiam* P. R. p. (In R. a m. sec. erasae litt. *tiam*; ut sit: *si qui stulti nauseant*, quae Rig. est lectio in Ed. 2.) — *qui stultitium nauseant* Nevel. (In P. est *nausiunt.*)

Fab. VIII. (1) — *mordutiorem* P. R. (2) — *discribi* R.

[FAB. VIII.]

SERPENS AD FABRUM FERRARIUM.

Mordaciorem qui inprobo dente adpetit,
Hoc argumento se describi sentiat.
In officinam fabri venit vipera.
Haec quum tentaret, si qua res esset cibi,
Limam momordit. Illa contra contumax,
Quid me, inquit, stulta, dente captas laedere,
Omne adsuëvi ferrum quae conrodere?

[FAB. IX.]

VULPES ET CAPER.

Homo in periclum simul ac venit callidus,
Reperire effugium alterius quaerit malo.
Quum decidisset vulpes in puteum inscia
Et altiore clauderetur margine,
Devenit hircus sitiens in eundem locum;
Simul rogavit: esset an dulcis liquor
Et copiosus? Illa fraudem moliens:

(4) — *temtaret* P. R. (— *si qua spes esset cibi* Heins. — *si qua res esset cibo* Bentl. coniecturis utique supervacaneis.)

FAB. IX. (1) Cdd. P. et R. sic habent:

IN PERICULUM SIMUL AC VENIT CALLIDUS
VULPIS ET CAPER.
Homo simul ac venit in magnum periculum. Qua ex ratione manifestum est, in ἀρχετύπῳ utriusque Codicis vv. *in periculum simul ac venit callidus* tamquam emendationem, (et quidem, ut censeo, poëtae ipsius verba repraesentantem) verborum corruptorum *simul ac venit in magnum periculum* superscripta fuisse: stupor autem librariorum subsequentium haec pro titulo habuit. Hinc recte scripserunt: ∞ *Homo in periclum simul ac venit callidus* Gud. Burm. S. — *Homo simul ac venit in periclum callidus* Bentl. — *Homo simul ac venit in magnum periculum* p. (2) Sic P. (eandem lectionem Remensi tribuit Gud.) S. syllaba *um* haud elisa. ∞ *Reperire effugium quaerit alterius malo* Bentl. — *Alterius repperire* (duplici *pp* exhibet

Descende, amice; tanta bonitas est aquae,
Voluptas ut satiari non possit mea.
Immisit se barbatus. Tum vulpecula
Evasit puteo, nixa celsis cornibus,
Hircumque clauso liquit haerentem vado.

[FAB. X.]

DE VITIIS HOMINUM.

Peras imposuit Iuppiter nobis duas:
Propriis repletam vitiis post tergum dedit,
Alienis ante pectus suspendit gravem.
Hac re videre nostra mala non possumus;
Alii simul delinquunt, censores sumus.

[FAB. XI.]

FUR ET LUCERNA.

Lucernam fur accendit ex ara Iovis
Ipsumque compilavit ad lumen suum.
Onustus qui sacrilegio quum discederet,
Repente vocem sancta misit Religio:
Malorum quamvis ista fuerint munera
Mihique invisa, ut non offendar subripi,
Tamen, sceleste, spiritu culpam lues,

etiam P.) *effugium quaerit malo* R. teste Vinc. Equidem credo Gudio. — *Effugium reperire alterius q. m.* p. Burm. (4) — *claderetur* (sic) g. (5) — *hyrcus* P. (10) — *vulpicula* (ut etiam: *vulpis*) P. R. Iam p.: *vulpecula.* (12) — *hurcumque* g.

Fab. XI. (3) *onustus qui sacrilegio*] P. R. p. Bentl. Zell. — del. sine ulla causa *qui* Iohnson. Burm. S. (4) *sancta*] p. S. — *sanctam* P. R. (5) *munera*] p. S. — *munere* P. R. (7) *culpam lue* Remensi tribuit Desbill. Haud notaverunt Gud. et Vinc., nec e P. Berger. (8) *poenae*] p. S. — *poena* P. R. (10) „Non est in nostro Cod. *colendos*, ut putat cl. Schwabe ex varietate Codicis, Pithoei editioni subiuncta." Berg. Per mihi mirum tamen accidit et

Olim quum adscriptus venerit poenae dies.
Sed ne ignis noster facinori praeluceat,
Per quem verendos excolit pietas deos,
Veto esse tale luminis commercium.
Ita hodie nec lucernam de flamma deûm
Nec de lucerna fas est accendi sacrum.
Quot res contineat hoc argumentum utiles,
Non explicabit alius, quam qui repperit.
Significat primo saepe, quos ipse alueris,
Tibi inveniri maxime contrarios;
Secundo ostendit scelera non ira deûm,
Fatorum dicto sed puniri tempore:
Novissime interdicit, ne cum malefico
Usum bonus consociet ullius reï.

[FAB. XII.]

MALAS ESSE DIVITIAS.

Opes invisae merito sunt forti viro,
Quia dives arca veram laudem intercipit.
Caelo receptus propter virtutem Hercules
Quum gratulantes persalutasset deos,
Veniente Pluto, qui Fortunae est filius,
Avertit oculos. Causam quaesivit pater.
Odi, inquit, illum, quia malis amicus est
Simulque obiecto cuncta corrumpit lucro.

Pithoeum et Bongarsium, qui non simpliciter exscripsit appendicem Pith., notasse h. l. *colendos*. Contra nihil eiusmodi e Rem. afferunt Gud. et Vinc. (12) *Ita hodie*] Bongars. Rigalt. Ed. 2. S. — *Itaque hodie* P. R. p. (Ibid.) *lucernam*] p. S. — *lucerna* P. R. (14) *quot*] p. S. — *quod* P. R. (18) *Secundo*] Rigalt. S. — *secundum* P. R. p. Ceterum ordinem versuum constituit Pithoeus: In P. R. est inversus: 19. *Fatorum* - - 18. *Secundum* - - . (21 — *consotiet* P. g.

Fab. XII. (3) — *Herculis* R. (5) *Veniente Pluto*] p. S. — *venienti Pluto* R. (ut videtur e Gud. et Vinc.) Nevel. — *venienti Plutone* P.

[FAB. XIII.]

DE LEONE REGNANTE.

Utilius homini nihil est quam recte loqui:
Probanda cunctis est quidem sententia,
Sed ad perniciem solet agi sinceritas.
Quum se ferarum regem fecisset leo
Et aequitatis vellet famam consequi,
A pristina deflexit consuetudine
Atque inter illas tenui contentus cibo
Sancta incorrupta iura reddebat fide.
Postquam labare coepit poenitentia,
* * * * * * * * * *

[FAB. XIV.]

* * * * * * * * * *
A fictione veretri linguam mulieris,
Adfinitatem traxit inde obscenitas.

[FAB. XV.]

IDEM.

Rogavit alter, tribadas et molles mares
Quae ratio procreasset? Exposuit senex:
Idem Prometheus, auctor vulgi fictilis,
(Qui simul offendit ad fortunam, frangitur,)

Fab. XIII. (1) — *nihil est homini* R. a pr. manu; (non P.) (3) — *perniem* g. (4) — *rege* cum lin. R. — *rege* P. (9) Ex Romulo 3, 20. et Anon. Nil. 49. apparet hunc versic. iungendum esse cum Fab. XIII. sicque Burm. S. Zell. Ad seqq. trahunt Pithoeus, Berger, alii. In P. R. nullum est defectus signum aut vestigium inter Fabb. XIII. et XIV. (Ibid.) *labare*] Bongars. S. — *lavare* P. R. p. — *poenitentia*] (R.? teste quidem Vinc.) p. S. — *penitentia* P. — *penitentio* Gud.

Fab. XIV. (1) *a fictione*] P. R. p. — *affrictione* Bongars. Alii. — *afflictione* Funccius. S.

Naturae partes, veste quas celat pudor,
Quum separatim toto finxisset die,
Aptare mox ut posset corporibus suis,
Ad cenam est invitatus subito a Libero;
Ubi inrigatus multo venas nectare
Sero domum est reversus titubanti pede.
Tum semisomno corde et errore ebrio
Adplicuit virginale generi masculo
Et masculina membra adplicuit feminis.
Ita nunc libido pravo fruitur gaudio.

[FAB. XVI.]

DE CAPRIS BARBATIS.

Barbam capellae quum impetrassent ab Iove,
Hirci maerentes indignari coeperunt,
Quod dignitatem feminae aequassent suam.
Sinite, inquit, illas gloria vana frui
Et usurpare vestri ornatum muneris,
Pares dum non sint vestrae fortitudini.
Hoc argumentum monet, ut sustineas tibi
Habitu esse similes, qui sint virtute impares.

[FAB. XVII.]

DE FORTUNIS HOMINUM.

Quum de fortunis quidam quereretur suis,
Aesopus finxit consolandi gratia:

Fab. XV. (1) *tribadas*] p. S. — *trivadas* P. R. (5) *partes veste*] p. S. — *partis vestae* P. R. (8) *invitatus subito a Libero*] p. S. — *invitatus ut subito a liberto* P. (De R. non constat; quia Vinc. fabellam in mutilata sua editione Paris. 1743. omissam non contulit; Gudius autem hanc lect. non affert.) (12) *virginale*] p. S. — *virginali* P. g.

Fab. XVI. (2) *coeperunt*] P. R. S. — *coeperant* p. (6) *fortitudini*] Rittersh. Gud. Bentl. — *fortitudine* R. testibus et Gud. et Vinc. — *fortitudinis* P. p. S. (8) *sint*] P. p. (De R. haud satis constat.) — *sunt* Bentl. Burm. S.

Vexata saevis navis tempestatibus,
Inter vectorum lacrimas et mortis metum,
Faciem ad serenam subito *ut* mutatur dies,
Ferri secundis tuta coepit flatibus
Nimiaque nautas hilaritate extollere.
Factus periclo tum gubernator sophus:
Parce gaudere oportet et sensim queri,
Totam quia vitam miscet dolor et gaudium.

[FAB. XVIII.]

CANUM LEGATI AD IOVEM.

Canes legatos olim misere ad Iovem,
Melioris vitae tempus oratum suae,
Ut sese eriperet hominum contumeliis,
Furfuribus sibi conspersum quod panem darent
Fimoque turpi maximam explerent famem.
Profecti sunt legati non celeri pede,
Dum naribus scrutantur escam in stercore.
Citati non respondent. Vix tandem invenit
Eos Mercurius et turbatos adtrahit.
Tum vero vultum magni ut viderunt Iovis,
Totam timentes concacarunt regiam,
Propulsi vero fustibus vadunt foras.

FAB. XVII. (2) — *consulandi* P. R. (3) — *navi* Excerpta Rigaltii apud Schwabium. Sed P. R. p. (ut S. Ed. 2.): *navis*. (5) *subito ut mutatur*] Bongars. Gud. Heins. S. — om. *ut* P. R. p. (8) *periclo*] Bongars. S. — *periculo* p. (Hoc Schwab. tribuit Ms. Perottino, in quo haec fabella non exstat.) — *periculo sis* divise R. cum lin. supra *sis*. — *periculosis* iunctim P. Fuitne: *periclis*? (Ibid.) = *sophos* g. (non notavit Vinc.) (10) *Totam quia*] p. S. — *totamque* g. Salm. — *totam quae* (ut saepe *quae* pro *que*) P.

FAB. XVIII. *CANUM LEGATI*] p. S. — *CANES LEGATOS* P. R. (2) — *meliora vitae tempora* Ursin. Brot. (3) *ut*] Burm. S. — *uti* P. p. (De R. non satis constat.) (Ibid.) *eriperet*] Gud. S. — *abriperet* P. R. (teste Vinc.) p. — *ariperet* R. (teste Gud.) (4) — *furforibus* P. R. (Ibid.) *conspersum*] S. — *consparsum* P. R. p. (Ibid.) *darent*] p. S. — *daret* P. R. (14) *Mirati*] p. S. — *mirari*

Vetat dimitti magnus illos Iuppiter.
Mirati sibi legatos non revertier,
Turpe aestimantes aliquid commissum a suis,
Post aliquod tempus alios adscribi iubent.
Rumor legatos superiores prodidit.
Timentes rursus aliquid ne simile accidat,
Odore canibus anum sed multo replent.
Mandata dant: legati mittuntur, statim
Abeunt. Rogantes aditum, continuo impetrant.
Consedit genitor tum deorum maximus
Quassatque fulmen: tremere coepere omnia
Canes confusi, subitus quod fuerat fragor,
Repente odorem mixtum cum merdis cacant.
Reclamant omnes, vindicandam iniuriam.
Sic est locutus ante poenam Iuppiter:
Legatos non est regis non dimittere,
Nec est difficile poenas culpae imponere;
Sed hoc feretis pro iudicio praemium:
Non veto dimitti, verum cruciari fame,
Ne ventrem continere non possint suum.
Illi autem, qui miserunt vos tam futiles,
Nunquam carebunt hominis contumelia.
Ita nunc legatos exspectantes posteri,
Novum venire quum videt, culum olfacit.

P. R. („In *revertier* librarius expunxit *er*, formae istius poëticae fortasse inscius." Berg.) (15) *aliquid*] p. S. — *aliquod* P. R. (— *commisum* P.) (16) — *adsciri* tribuit Remensi Gudius. Haud notavit Vinc. (19) Partic. *sed* impedit constructionem. Puto fuisse: *anum sedulo replent*, ut ingeniose coniecit Bothe. (20) Sic Rigalt. Ed. 2. S. — *Mandant dimittuntur statim* P. R. p. (hic cum asterisco) (*Mandata dantur, dimittuntur: hi statim Adeunt; rogantesque aditum* Bothe.) (21) *Abeunt*] Scheffer. S. — *Adeunt* P. R. p. (24) *Canes confusi, subitus quod*] Gud. S. — *Canes* (in R. teste Gud. a pr. m. *canis*) *confusus subito quod* P. R. p. (25) *mixtum*] p. S. — *mixto* P. R. (teste Gudio.) (27) — *locutus autem* Bothe. (28) *Legatos non est regis*] Gud. S. ∞ *Non regis est, legatos* Bipontini. Iacobs. — *Non est legatos regis* P. R. p. (30) Sic P. R. p. — *Et hoc* cet. transposito hoc versiculo post nostrum v. 32. S.

[FAB. XIX.]

SERPENS. MISERICORDIA NOCIVA.

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam colubram sustulit
Sinuque fovit, contra se ipse misericors:
Namque ut refecta est, necuit hominem protinus.
Hanc alia quum rogaret causam facinoris,
Respondit: Ne quis discat prodesse improbis.

[FAB. XX.]

VULPES ET DRACO.

Vulpes, cubile fodiens, dum terram eruit
Agitque plures altius cuniculos,
Pervenit ad draconis speluncam ultimam,
Custodiebat qui thesauros abditos.
Hunc simul aspexit: Oro, ut inprudentiae
Des primum veniam; deinde si pulchre vides,
Quam non conveniens aurum sit vitae meae,
Respondeas clementer. Quem fructum capis
Hoc ex labore, quodve tantum est praemium,
Ut careas somno et aevum in tenebris exigas?
Nullum, inquit ille, verum hoc a summo mihi

(35) *exspectantes posteri*] R. Bongars. coni. — *exspectantes posteros* P. p. (Hic cum asterisco.) ∞ *exspectant et posteri* Rigalt. Ed. 2. S. (36) *quum videt*] scil. aliquis eorum. P. R. p. ∞ *qui videt* Rigalt. S. (— *quum vident c. olfaciunt* Bongars.)

Fab. XIX. (1) — *tepus* P. (4) *necuit*] p. S. — *nocuit* P. R.

Fab. XX. (1) *Vulpes*] N. = *vulpis* bis P. R. p. S. (2) = *pluris* N. „Pithoeus inseruit *et*, metri causa." Berg. Noli hoc credere, lector. (3) *ultimam*] P. R. p. Doctius hoc mihi videtur maxime propter Terentii *Heautont.* 5, 1, 29. *Est mihi* ultimis *conclave in aedibus quoddam*, quam quod habet N. firmans Bentleii coni. S.: ∞ *intimam*. (6) — *veneam* P. a pr. manu. (8) — *rapis* N. (9) „Errat Gudius, quum asserit hic esse in Cod. *quod ventum*." Berg. Certe nihil eiusmodi e R. notavit Vinc. (11) *hoc a summo*]

Iove adtributum est. Ergo nec sumis tibi
Nec ulli donas quicquam? Sic fatis placet.
Nolo irascaris, libere si dixero:
Dis est iratis natus, qui est similis tibi.
  Abiturus illuc, quo priores abierunt,
Quid mente caeca miserum torques spiritum?
Tibi dico, avare, gaudium heredis tui,
Qui ture superos, ipsum te fraudas cibo;
Qui tristis audis musicum citharae sonum;
Quem tibiarum macerat iucunditas;
Opsoniorum pretia cui gemitum exprimunt;
Qui dum quadrantes aggeras patrimonio,
Caelum fatigas sordido periurio;
Qui circumcidis omnem impensam funeri,
Libitina ne quid de tuo faciat lucri.

[XXI.]

PHAEDRUS.

  Quid iudicare cogitet livor modo,
Licet dissimulet, pulchre tamen intellego.
Quicquid putabit esse dignum memoria,
Aesopi dicet; si quid minus adriserit,
A me contendet fictum quovis pignore.
Quem volo refelli iam nunc responso meo:

N. teste Iann. (= *ab s.* N. teste Dorvillio.) p. S. — *hoc sommo* om. *a.* P. (De R. non constat.) (15) *Dis*] P. R. N. — *diis* p. S. (16) Versus 16—26. praeponit versibus 1—15. N. (21) = *iocunditas* P. R. N. p. (22) *Opsoniorum*] N. S. — *obsoniorum* P. p. (— *gemitus* N.) (23) — *quadrante augeas patrimonia* N. (25) *funeri*] N. S. — *funeris* P. R. p. (26) *Libitina ne*] N. p. S. — *Libet inane* P. et R. (teste Gudio.) — *Libetina ne* R. teste Vinc. (Ibid.) *lucri*] N. firmans Guyeti coni. S. — *lucrum* P. R. p. Post hunc v. N. addit: *Fabellae nostrae parum* (i. e. *paullum*) *aures accommoda.*

Fab. XXI. (1) ∾ *Quo iud.* Bothe. prob. Schwabio. (Ibid.) *cogitet*] p. S. — *cogitur* P. g. (— *libor* P. g.) (2) — *dissimilet* P. (3) *memoria*] N. Bongars. — *memoriae* (*memorie* P.) P. R. p. S.

Sive hoc ineptum sive laudandum est opus,
Invenit ille, nostra perfecit manus.
Sed exsequamur coeptum propositi ordinem.

[FAB. XXII.]

DE SIMONIDE.

Homo doctus in se semper divitias habet.
Simonides, qui scripsit egregium melos,
Quo paupertatem sustineret facilius,
Circuire coepit urbes Asiae nobiles,
Mercede accepta laudem victorum canens.
Hoc genere quaestus postquam locuples factus est,
Redire in patriam voluit cursu pelagio;
[Erat autem natus, ut aiunt, in Cea insula:]
Ascendit navem, quam tempestas horrida,
Simul et vetustas medio dissolvit mari.
Hi zonas, illi res pretiosas colligunt,
Subsidium vitae. Quidam curiosior:
Simonide, tu ex opibus nil sumis tuis?
Mecum, inquit, mea sunt cuncta. Tunc pauci enatant,

Pro tribus his vv. haec exhibet N.: *Heu quantus est semper mortalium livor! Sunt qui quidquid putant dignum memoria, Aesopi dicunt* (sic). (5) — *contendunt* N. (6) — *Quos* N. Sed prius ipse scripserat *quem*, manifestum interpolationis indicium. (9) *propositi*] p. S. — *propositum* P. R. A N. abest hic versiculus.

FAB. XXII. (1) — om. v. 1. N. (4) *Circuire*] S. — *circumire* P. R. N. p. Sane in utraque scriptura voc. aeque erit trisyllabum. Illam, ne quis haereret, praetuli. (6) *factus*] N. p. S. — *factum* P. R. (7) *Redire*] N. firmans Tollii coni. S. — *venire* P. R. p. Zell. (— om. *voluit* Berger, tacite. Videtur err. typogr.) (Ibid.) *pelagio*] Bongars. S. — *pelagi* P. R. p. (E N. exciderunt vv. *cursu pel.*) (8) = *ut aiunt*, *natus* Bongars. Cuningh. Bipont. (Ibid.) *Cea*] Gud. Burm. S. — *Chia* R. — *Schia* P. teste Berg. (— *Sithia* P. testibus Pithoeo et Bongars.) — *Caeo* (sic) p. — *Ceo* Rigalt. Totum versiculum, mihi suspectum, om. N. Est fere, ut supra Lib. 3. Prolog. v. 52. *Phrygem fuisse Aesopum.* (10) — *Simul vetustas* N. (11) — *Hii* P. R. Inde ab hoc v. ad finem

Quia plures onere degravati perierant.
Praedones adsunt, rapiunt, quod quisque extulit,
Nudos relinquunt. Forte Clazomenae prope
Antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi.
Hic litterarum quidam studio deditus,
Simonidis qui saepe versus legerat
Eratque absentis admirator maximus,
Sermone ab ipso cognitum cupidissime
Ad se recepit; veste, nummis, familia
Hominem exornavit. Ceteri tabulam suam
Portant, rogantes victum. Quos casu obvios
Simonides ut vidit: Dixi, inquit, mea
Mecum esse cuncta; vos quod rapuistis, perit.

[FAB. XXIII.]

MONS PARTURIENS.

Mons parturibat, gemitus immanes ciens,
Eratque in terris maxima exspectatio.
At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
Qui, magna quum minaris, extricas nihil.

fabellae Vincentius nihil e Rem. enotavit. (13) *nil*] Rig. S. — *nihil* P. p. — *Simonide, inquit, tu nihil ex istis sumis?* N. (15) — *Nam plures* N. (Ibid.) *perierant*] P. R. (teste Gudio.) p. S. — *perierunt* N. Salmas. Burm. (17) *Clazomenae*] p. S. — *Clazomene* P. N. (18) — *Natiqua* P. teste Berg. — *Nati qua* P. teste Bong. g. (20) — *verus* P. g. (22) — *Sermone ipso* N. (23) — *receptum* N. (25) *Portant*] N. firmans Gudii coni. S. — *poriant* g. P. a pr. m. — *porrigunt* P. a sec. m. p. — *porgunt* Bongars. (Ibid.) *obvios*] N. firmans Salmasii coni. S. — *obvius* P. (R.) p. (26) *dixi*] N. p. S. — *dixit* P. g. (27) — *periit* N.

FAB. XXIII. (1) — *in mane sciens* R. teste Vinc. — *immane sciens* R. teste Gudio. (2) Ut nos, Rig. in Ed. 3. S. (De R. haud satis constat.) — *exspectatio, quid ille pareret. At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi* P. Quae sic disposuit Pithoeus:

— *exspectatio,*
Quid ille pareret, at ille murem peperit.
* * * * *Hoc scriptum est tibi,*

[FAB. XXIV.]

FORMICA ET MUSCA.

[Nil agere, quod non prosit, fabella indicat.]
Formica et musca contendebant acriter,
Quae pluris esset. Musca sic coepit prior:
Conferre nostris tu potes te laudibus?
Ubi immolatur, exta praegusto deûm;
Moror inter aras, templa perlustro omnia.
In capite regis sedeo, quum visum est mihi,
Et matronarum casta delibo oscula.
Laboro nihil, atque optimis rebus fruor.
Quid horum simile tibi contingit, rustica?
Est gloriosus sane convictus deûm,
Sed illi, qui invitatur, non qui invisus est.
Reges commemoras et matronarum oscula.
Ego granum in hiemem quum studiose congero,
Te circa murum pasci video stercore.
Aras frequentas: nempe abigeris, quo venis.
Nihil laboras: ideo quum opus est, nil habes.
Super etiam iactas, tegere quod debet pudor.
Aestate me lacessis; quum bruma est, siles.
Mori contractam quum te cogunt frigora,

FAB. XXIV. (1) Versiculum e Lib. 3, 17, 13. hic repetitum recte eiecerunt Rigalt. Ed. 2. Seqq. — *Nil*] p. — *Nihil* P. R. (4) *Conferre*] N. p. S. — *conferri* P. g. — „Falso testatur Gudius hic esse in Cod. *num* pro *tu*." Berg. Nihil eiusmodi affert Gudius; sed *num* erat supervacanea Walchii suspicio. (10) — *contigit* N. (11) — *gloriorious* g. — *plane* N. (12) — *illa* P. a. pr. m. (13) — *commemorasset matr.* g. (15) *pasci video*] N. Heusing. S. — *video pasci* P. R. p. (16) — *abieris* N. (17) *nil*] p. S. — *nihil* P. — *ideoque nihil habes* N. (18) *Super etiam iactas*] P. R. N. S. — *superba iactas* p. (Ibid.) *debet*] N. p. S. — *debes* P. R. (Ibid.) Ordine, quem servavimus, hos versiculos 12—18. exhibent P. R. N. p. Sed Bongars. Rigalt. in Ed. 1. S. Zellius, ita eos transponunt: 16. *Aras* - - 12. *Reges* - - 18. *Super etiam* - - 17. *Nihil laboras* - - 14. *Ego granum* - - 15. *Te circa* - -

Me copiosa recipit incolumem domus.
Satis profecto rettudi superbiam.
  Fabella talis hominum discernit notas
Eorum, qui se falsis ornant laudibus,
Et quorum virtus exhibet solidum decus.

[FAB. XXV.]

POËTA.

  Quantum valerent inter homines litterae,
Dixi superius: quantus nunc illis honos
A superis sit tributus, tradam memoriae.
  Simonides idem ille, de quo rettuli,
Victori laudem cuidam pyctae ut scriberet,
Certo conduxit pretio: secretum petit.
Exigua quum frenaret materia impetum,
Usus †poëtae moris est licentia
Atque interposuit gemina Ledae sidera,
Auctoritatem similis referens gloriae.
Opus adprobavit; sed mercedis tertiam
Accepit partem. Quum relicuam posceret,
Illi, inquit, reddent, quorum sunt laudis duae.
Verum, ut ne irate te dimissum sentiant,
Ad cenam mihi promitte; cognatos volo

19. *Aestate* . . . ; sane parum probabiliter. Etenim ceterae transpositiones iam a Pithoeo necessario factae, intra duos versiculos subsistunt, Lib. IV. 11; 18 et 19. L. IV. 25, 27 et 28. (19) — *cur bruma siles?* N. (natum hoc in ἀρχετύπῳ Perotti e scriptura: *cum brumast siles.*) (21) — *incolomem* P. R. (22) *rettudi*] P. p. = *retudi* S. — *retrudi* R. teste Vinc.; sed, teste Gudio: *profector et tudi.* (25) — *exibet* P.

FAB. XXV. (4) *S. ille supra de quo retuli* N. omissis v. 1—4. (5) *Victori*] N. S. — *Victoris* P. R. p. Zell. (Ibid.) — *laudes* N. (Ibid.) *pyctae*] N. Bongars. S. — *pictae* P. R. — *picte* p. (6) *conduxit*] P. R. N. p. S. — *condixit* Ritt. — *conductus* Bentl. (8) Sic P. (ut videtur.) R. p. Zell. — *poëtae more et licentia est* N. Unde Burm.: ∾ *poëtae* (vel *poëta*) *more est et licentia;* quod verum puto. — *poëtae, ut moris est, licentia* Rigalt. S. Berger

Hodie invitare, quorum es in numero mihi.
Fraudatus quamvis et dolens iniuria,
Ne male dimissam gratiam corrumperet,
Promisit. Rediit hora dicta, recubuit.
Splendebat hilare poculis convivium;
Magno apparatu laeta resonabat domus,
Repente duo quum iuvenes sparsi pulvere,
Sudore multo diffluentes, corpore
Humanam supra formam, cuidam servulo
Mandant, ut ad se provocet Simonidem;
Illius interesse, ne faciat moram.
Homo perturbatus excitat Simonidem.
Unum promorat vix pedem triclinio,
Ruina camarae subito oppressit ceteros;
Nec ulli iuvenes sunt reperti ad ianuam.
Ut est vulgatus ordo narratae reï,

tacite, quasi haec esset ipsius Cd. P. lectio. — *poëtae (mos is est), licentia* Bongars. (9) — *Laede* P. R. (10) — *Auctores aptae* (i. e. *apte* ut proposuit Burm. in hac lect.) *similis* N. (11) — *adprobabit* R. (et P. a pr. m.) (12) *relicuam*] Bongars. = *reliquam* P. R. p. — *relicuum* sive *reliquum* N. (Gud.) S. minus concinne, quum sequatur: *duae*. Hic sane Cdd. obtemperandum erit, quum ex Latinitate mihi saltem perspecta, tribus partibus factis unâque seposita, omne id quod restat *reliqua pars* recte dici potest, quamvis nostra ex parte *duae* sint partes, ideoque proprie *reliquum* magis quam *reliqua pars*. (13) *laudis duae*] Scheff. Gud. Bentl. Burm. — *laudes duae* P. R. p. S. Duplex genitivus, ut fit, decepit et librarios et criticos. — *partes duae* N. ex interpol. (14) *ut ne irate te dimissum*] P. (nisi quod: *demissum*) R. Bentl. — *ut ne irate dimissum* om. *te* (err. typogr.) p. Hinc: *ut ne irate dimissum te* Rig. S. Zell. — *ut sine ira te dimissum* (non: *ut sine irate dimissum te*) N. — *ut ne iratum te dim.* Bongars. Rittersh. (Ibid.) *sentiant*] scil. convivae, vel simpliciter, homines. N. — *sentiam*] P. R. p. S. (— *censeas* Heins. Bentl.) (15) — *Ad c. mecum veni* N. ex interpol. (18) *dimissam*] P. R. N. p. i. e. ne in apertam simultatem incideret cum Scopa omnemque eius perderet gratiam, quamquam tam male exhibitam ac relatam in se dimittendo, (i. e. tunc, quum Scopas Simonidem dimitteret.) — *dimissus* Gud. Heins. S. contra rectam Latinitatem. (19) — *redit* N. tribuit Burm. Iannell.: *rediit*. (20) — *populis* N. (21) — om. hunc v. N. (22) *Repente duo quum*] N. Bentl. Burm. — *Repente quum duo* P. R. p. (— *Rep. iuvenes quum duo* Bongars.) — *Duo quum repente* S., quasi ex N. deceptus varietate Burm.:

Omnes scierunt numinum praesentiam
Vati dedisse vitam mercedis loco.

[XXVI.]

IDEM POËTA.

Supersunt mihi quae scribam, sed parco sciens:
Primum esse tibi ne videar molestior,
Distringit quem multarum rerum varietas;
Dein si quis eadem forte conari velit,
Habere ut possit aliquid operis residui:
Quamvis materiae tanta abundet copia,
Labori faber ut desit, non fabro labor.
Brevitati nostrae praemium ut reddas, peto,
Quod es pollicitus: exhibe vocis fidem.
Nam vita morti propior est quotidie:

duo cum. (23) *diffluentes*] Sic, si silentio Vinc. et Bergeri fides, P. R. tum N. (in quo exceptâ syllaba *diffl* . . . evanuerunt duo ultima huius versus verba.) S. — *defluentes* p. (Ibid.) *diffluentes*, *corpore*] Scheff. S. Iannell. — *diffluentes corpora* P. R. p. Bentl. Zell. Adversatur hoc Phaedri stilo. (24) — *supra speciem* N. (— *servolo* R. P. Hic a pr. m.) (25) *provocet*] N. p. S. — *provocent* P. R. (26. et 27) omittit hos duos vv. N. probabiliter propter turbas Cdd. statim notandas. (28) *promorat*] N. p. S. — *promoverat* P. R. (non: *moverat*, qui est error Gudii in referenda scriptura Cd. Rem.) Ceterum in P. R. transpositi sunt vv. hi duo sic: 28. *Unum* — 27. *Homo.* (29) — *Ruina domus* N. glossemate vocabuli parum intellecti. (30) — *repperti* R. P. (hic a pr. manu.) (32) — *Omnes dixerunt* N. ex interpol. (— *nominum* R.)

XXVI. „Hos versus ad calcem Libri tertii reiecerunt editores (recentiores S. Zell.) ut epilogum." Brag. (2) Sic P. R. Nevel. Brot. *um* in *primum* h. l. non eliditur. ∞ *esse ne tibi* p. (non: *tibi esse ne v.* Gud.) Burm. S. (3) *distringit*] Burm. S. — *destringit* P. R. p. (4) — *conare* P. g. (6) *materiae*] p. S. — *naturae* P. R. (7) — *laboris* P. a sec. m. (8) — *Brevitati*] Salmas. Burm. S. — *brevitatis* P. R. p. (Ibid.) *praemium*] p. S. — *nimium* P. „Primo solum erat *mium*, superaddita deinde minoribus litteris syllaba *ni*." Brag. (De R. non satis constat. Sed videtur rectae lectioni favere.) (9) — *exibe* P. (10) — *proprior* P. (= *cotidie* P. R. p.) (11) *perveniet*] Ursin. S. — *veniet* P. R. p. (13) — *scito* P. a pr. manu. (14) *cepero*] Rittersh. S. — *coepero* P. R. p. Burm. Sed omnia hic libertinum hominem, Theodori Prodromi in Coraae

Et hoc minus *per*veniet ad me muneris,
Quo plus consumet temporis dilatio.
Si cito rem perages, usus fiet longior;
Fruar diutius, si celerius cepero.
Languentis aevi dum sunt aliquae reliquiae,
Auxilio locus est: olim senio debilem
Frustra adiuvare bonitas nitetur tua,
Quum iam desierit esse beneficio utilis
Et mors vicina flagitabit debitum.
Stultum admovere tibi preces exis*timo*,
Proclivis ultro quum sit misericordia.
Saepe impetravit veniam confessus reus:
Quanto innocenti iustius debet dari?
Tuae sunt partes; fuerunt aliorum prius,
Dein simili gyro venient aliorum vices.
Decerne quod religio, quod patitur fides,
Et gratulari me fac iudicio tuo.
Excedit animus quem proposuit terminum;
Sed difficulter continetur spiritus,

Ἀτάκτοις instar serviliter mendicantem produnt. Totum autem Phaedri genus dicendi eodem redit; de interpolatione minimum cogitandum est. (18) *desierit*] p. S. — *desideret* P. — *desiderat* R. teste Vinc. (?) (Ibid.) *beneficio utilis*] Gud. S. — *beneficio utilius* P. (et R., teste Gud.) — *beneficium utilius* R. teste Vinc.; sed illud credibilius. — *beneficium utile* p. Burm. (20) *preces existimo*] Gronov. S. — *preces exis* R. teste Vinc. — *precesexes* R. teste Gud. — *preceps exis* P. — *preces existima* p. — *preces sexcenties* Gud. (24. 25) Sic Gud. S. — *Tuae sunt partes fuerunt aliorum, dein Simili gyro venient aliorum prius vices* P. R. — *Tuae prius sunt partes, aliorum dein: Simili gyro venient aliorum vices* p. (27) — *gratulare* legit in P. Bongarsius. (Ibid.) *me fac*] p. S. — *me tacere* P. (non *fatere.*) — *me latere* R. teste Vinc. — *me tatare* (sic) R. teste Gudio. (31) — *insolentis* P. R. (33) *puer*] p. S. — *pueri* P. R. (34) — *multire* P. — *mutture* (?) R. teste Gudio. (Ibid.) *piaculum*] Festus in v. *mutire*, notante iam Bongarsio. S. — *periculum* P. R. p. (35) *meminero*] Bongars. Ritt. S. — *memin. R'.* (sic) R. — *memini* P. p. (hic cum asterisco.)

XXVII. „Hos versus editores (S. Zell.) Libro quarto praeponunt, ut prologum." Berg. (1) *terminum operi statuere*] Gud. Scheff. S. — *terminum operis habere* P. R. p. (hic cum asterisco.) — *operis habere terminum* Bongars. Meurs. Burm. (3) *damnavi meum*] Sup-

Integritatis qui sincerae conscius,
A noxiorum premitur insolentiis.
Qui sint, requires: apparebunt tempore.
Ego, quondam legi quam puer sententiam,
„Palam mutire plebeio piaculum est'',
Dum sanitas constabit, pulchre meminero.

[XXVII.]

POËTA AD PARTICULONEM.

Quum destinassem terminum operi statuere
In hoc, ut aliis esset materiae satis,
Consilium tacito corde damnavi *meum:*
Nam si quis talis est etiam tituli *appetens*,
Quo pacto †damnabit, quidnam omiserim,
Ut illud ipsum cupiat famae tradere,
Sua cuique quum sit animi cogitatio
Colorque proprius! Ergo non levitas mihi,
Sed certa ratio causam scribendi dedit.

pleverunt v. *meum* Bongars. Alii, non Pithoeus. Tum S. — *damnavi statim* Bentl. (4) *tituli appetens*] Freinshem. S. — om. supplem. *appetens* P. R. p. (hic cum aster.) — *tituli artifex* Rig. — *si quis etiam talis est tituli liber* Bongars. — *si qui talis etiam tituli est aemulus* Bentl. Utriusque supplementi sententia aeque recta mihi videtur. Res ipsa est incerta. (5) *damnabit*] P. R. p. — *damnabit, quod quicquam o.* Bongars. Quod ad sententiam ipsam attinet haud nimis male. Sed *damnabit* tolerari nequit non solum propter metrum, sed etiam propter praecedens *damnavi*, ex quo librariorum ἀβλεψία ortum est. Inde a Rigaltio (Ed. 2.) nimis patienter acquieverunt Edd. in lectione; *Quo pacto divinabit;* quae, sententiarum nexum ubi examinaris, prorsus absurda est. Mihi liberti nostri haec manus fuisse videtur: *Quo pacto demonstrabit, quidnam omiserim*; i. e. quantopere aemulus meus sese iactabit in demonstrandis, *(nachweisen)* iis, quae a me sint omissa. V. *demonstrabit* autem per compendium aliquod scriptum, praecedente praesertim v. *damnavi*, facillime in v. *damnabit* abire poterat. Perversitatem Rigaltianae lectionis ex parte animadvertit iam Bentleius, quum ei medere cupiens in seqq. male utique scriberet: *animi conscientia Dolorque proprius.* Nostra ex ratione nunc omnia optime congruunt. (6) *illud ipsum cupiat*] Guyet. Faber. S. — *illum ipsum cupiam* P. R. p. (7) — *quum sic* R. teste Vinc. (8) *proprius*] Rittersh. S. — *prior* P. R. — *propior* p. (10) *Particulo*] p. S. — *particula* P. R. (Ibid.) *fabulis*] p. S. — *fabulae* P. R.

Quare, Particulo, quoniam caperis fabulis,
(Quas Aesopias, non Aesopi, nomino:
†Quasi paucas ille ostendit; ego plures dissero,
Usus vetusto genere, sed rebus novis;)
Quartum libellum †dum varie perleges,
Hunc obtrectare si volet malignitas,
Imitari dum non possit, obtrectet licet.
Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui
Vestras in chartas verba transfertis mea
Dignumque longa iudicatis memoria,
Inlitteratum plausum cur desidero?

LIBER QUINTUS.

[PROLOGUS.]

IDEM POËTA.

Aesopi nomen sicubi interposuero,
Cui reddidi iam pridem quicquid debui,

(11) *Aesopias*] P. R. p. (sic quoque penultima producitur.) = *Aesopeas* Gud. S. (12) Sic corrupte P. R. (non *quasi paucas tale ostendit*, ut ex Neveleti mero errore refert Bentl. In R. correctum *quasi* tum R., teste Vinc., *ostendirit*. Vix adducor, ut credam.) — *Quasi paucas ostenderit* p. ∞ *Paucas ostendit ille* Gud. S. Nec tamen satis probabiliter in uno eodemque loco eiicitur v. *quasi*, transponuntur vv. *ille ostendit*. ∞ *Quia paucas ille ostendit*, *ego plures fero* Bentl. Mirabili casu etiam Bongars. coniecit: *ego plures fero*. Sed verbo *fero* nullus omnino hic locus est. Accurate et sententia et Cdd. vestigiis pensitatis, haec mihi Phaedri manus videtur: *Aesopias quas, non Aesopi nomino: Si paucas ille ostendit, ego plures sero*. Hac ex ratione quum turbae librorum satis explicantur, tum sententia ipsa recte constituitur. *Fabulas serere* et de comoediis et de sermone familiari tralaticium est: quidni etiam de fabulis Aesopiis dici potuerit? quum nec v. *disserere* nec v. *ferre* videatur aptum. *Aesopias quas* pro *quas Aesopias* vel in hoc scriptore *semipoëta*, ut Dantis Aligerii vocabulo utar, videtur necessarium. Tum vero e vulga-

Auctoritatis esse scito gratia:
Ut quidam artifices nostro faciunt seculo,
Qui pretium operibus maius inveniunt, novo
Si marmori adscripserunt Praxitelen suo,
†Detrito Myronem argento. Fabulae exaudiant.
Adeo fucatae plus vetustati favet
Invidia mordax quam bonis praesentibus.
Sed iam ad fabellam talis exempli feror:

[FAB. I.]

DEMETRIUS REX ET MENANDER POËTA.

Demetrius, qui dictus est Phalereus,
Athenas occupavit imperio improbo.
Ut mos est vulgi, passim et certatim ruit:
„Feliciter!" succlamant. Ipsi principes
Illam osculantur, qua sunt oppressi, manum,
Tacite gementes tristem fortunae vicem.
Quin etiam resides et sequentes otium,
Ne defuisse noceat, repunt ultimi:
In quîs Menander, nobilis comoediis,
Quas ipsum ignorans legerat Demetrius

ta *Quas Aesopias* in seq. versiculo, tum quum per versiculos scribi nondum desitus esset Phaedrus, ortum est *Quasi* pro simplici *Si*. (13) *Usus*] p. S. — *usu* P. (E R. nihil notatur.) (14) *Quartum*] P. R. p. S. — *Quintum* Ursin. Bentl. — *Quarum* Gud. Burm. (Ibid.) *dum varie*] R. Item P., testibus Pithoeo et Bongars. — *dum Variae* tamen edidit Berger, quasi ita haberet P. — *tu dum Variae* Brot. — *nunc* (hoc cum Ursino.) *Variae* Zell. contra metrum. — *dum vacive* p. Burm. — *nunc vacive* S. ꝏ *quum vacarit* Bentl. (15) — *obtraectare* P. (18) *transfertis*] p. S. — *transferetis* P. R. (non *feretis*.) (20) Sic Scioppius. Desbill. — *In litterarum plausum ire desidero* P. R. p. — *Inlitteratum plausum nec desidero* Freinsh. S.

Prologus. *Incipit liber V.* interposuit Pithoeus arbitratu suo: sed eius sententiam confirmavit Cd. Remensis. Vide in fine huius libri. „In P. non distinguitur hic liber a reliquis." Bongars. (2) *reddidi*] p. S. — *reddi* P. R. (— *quidcuic* (sic) P.) (6) *Praxitelen*] P. R. p. S. = *Praxitelem* Zell. (7) Sic corrupta (*fabule* P.) P. R. p.

Et admiratus fuerat ingenium viri,
Unguento delibutus, vestitu fluens,
Veniebat gressu delicato et languido.
Hunc ubi tyrannus vidit extremo agmine:
Quisnam cinaedus ille in conspectu meo
Audet venire? Responderunt proximi:
Hic est Menander scriptor. Mutatus statim,
Homo, inquit, fieri non potest formosior.
[Humanum saepe sic iudicium fallitur.]

[FAB. II.]

VIATORES ET LATRO.

Duo quum incidissent in latronem milites,
Unus profugit, alter autem restitit
Et vindicavit sese forti dextera.
Latrone occiso timidus accurrit comes
Stringitque gladium, dein reiecta paenula,
Cedo, inquit, illum; iam curabo sentiat,
Quos attentarit. Tunc, qui depugnaverat:
Vellem istis verbis saltem adiuvisses modo;

Verum videtur: ∾ *Trito Myronem argento, tabulae Zeuxidem.* — *Trito Myronem argento. Fabulae exaudiant* Burm. S. ∾ *Trito et Myronem* (sic iam Bongars.) *tabulae et Zeuxidem* Desbill. Zell.; sed duplex hoc *et* molestum est. — *Praxitelen, Scopan Aeri, Myronem argento, tabulae Zeuxidem* Bentl., cui debetur ingeniosum illud: *tabulae Zeuxidem.* (8) Sic N. (Cod. Perott. I. p. 2. nisi quod hic habet: — *fugatae.*) Bentl. — *Fabulae exaudiant adeo fugatae. Plus vetustis favet* P. R. — *Fabulae exaudiant Adeo fugatae. Plus vetustis nam favet* p. S. — *tabulae et Zeuxidem Ideo fuscatae; plus vetustis nam favet* Desbill. Zell. (10) — *exemplo* R. teste Gudio. (Vinc. non notat.)

Fab. I. (3) *ruit*] P. R. N. Bentl. ∾ *ruunt* p. S. (4) *succlamant*] P. a pr. m. R. N. S. = *subclamant* P. a sec. manu, p. — *succlamans* Burm. — *subclamat* Bentl. (— *principis* R. P. a pr. m.) (6) — *taciti* N. (8) *ne*] p. S. — *ni* R. P. teste Bongarsio. — *nil* P. teste Berg. Non credo. (Ibid.) *repunt*] N. Rittersh. S. — *repetunt* P. R. (11) — *miratus* P. a pr. manu. (12) — *dilibutus* P. (Ibid.) *fluens*] N. firmans Heinsii coni. Lall. — *affluens* R. S. = *adfluens* p. — *afluens* P. Sed *vestitu affluens* est qui domi suae

Constantior fuissem vera existimans.
Nunc conde ferrum et linguam pariter futilem,
Ut possis alios ignorantes fallere.
Ego, qui sum expertus, quantis fugias viribus,
Scio, quam virtuti non sit credendum tuae.
  Illi adsignari debet haec narratio,
Qui re secunda fortis est, dubia fugax.

[FAB. III.]

CALVUS ET MUSCA.

  Calvi momordit musca nudatum caput;
Quam opprimere captans alapam sibi duxit gravem.
Tunc illa inridens: Punctum volucris parvulae
Voluisti morte ulcisci; quid facies tibi,
Iniuriae qui addideris contumeliam?
Respondit: Mecum facile redeo in gratiam,
Quia non fuisse mentem laedendi scio.
Sed te, contempti generis animal improbum,
Quae delectaris bibere humanum sanguinem,
Optem necare vel maiore incommodo.

habet multum vestitum. ∾ *effluens* Gronov. (13) — *gresso* P. g. (15) *Quisnam*] P. R. N. S. — *quinam* p. (Ibid.) ∾ *in conspectum meum* N. Lall. Brot. (17) *mutatus statim*] In his vv. deficiunt P. R. p. Seq. versic. servavit N. sic: *Homo inquit fieri non potest f . . m . s . . . ,* unde Iannell. supplevit: *formosior*, Bipontini *facetior.* Idem Iann. in promythio Perottino: *Quomodo saepe fallatur hominum iudicium* haud inscite latere suspicatus est hoc epimythium: *Humanum saepe sic iudicium fallitur.*

FAB. II. (1. 2.) Hos duos vv. servavit N. (S.) Exciderunt e P. R. p. (3) — *vindicabit* P. R. Correxit p. (4) — *exciso* N. (5) *dein*] p. S. — *deinde* P. R. N. (— *penula* P. N. p.) (7) *attentarit*] N. S. = *attemtarit* P. R. (teste Gud.) p. = *adtentarit* R. (teste Vinc.) (9) — om. hunc v. N. (10) — *futile* P. (13) *quam*] N. firmans Gronovii susp. S. — *quid* P. R. — *quod* p. (Ibid.) — *virtuti sit* om. *non* N., qui, ut solet, om. epimythium.

FAB. III. (2) — *oppremere* R. P. (hic a pr. manu.) (3) — *Hunc illa* N. — *ridens* A. (5) *Iniuriae qui addideris*] N. Rig. S. *Iniuriae quia dederis* P. R. — *Iniurias eam qui dederis* p. (7) — *Nam non* N. (8) — *contemsi* P. g. Correxit p. (10) — *Optem*

Hoc argumentum veniam *ei* dari docet,
Qui casu peccat. Nam qui consilio est nocens,
Illum esse quamvis dignum poena iudico.

[FAB. IV.]

ASINI ET PORCELLI.

Quidam immolasset verrem quum sancto Herculi,
Cui pro salute votum debebat sua,
Asello iussit reliquias poni hordei.
Quas aspernatus ille sic locutus est:
Libenter istum prorsus appeterem cibum,
Nisi, qui nutritus illo est, iugulatus foret.
Huius respectu fabulae deterritus
Periculosum semper vitavi lucrum.
Sed dicis: Qui rapuere divitias, habent.
Numeremus agedum, qui deprensi perierunt:
Maiorem turbam punitorum reperies.
Paucis temeritas est bono, multis malo.

[FAB. V.]

SCURRA RUSTICUS.

Pravo favore labi mortales solent
Et, pro iudicio dum stant erroris sui,

carere N. (11) *Hoc argumentum veniam ei dari docet*] Rig. S. — *Hoc argumento veniam dari d.* P. R. — *Hoc argumentum veniam mage dari d.* p. (12) *nam qui*] Rig. Bentl. S. — *quam qui* P. R. p. (13) *quamvis*] P. R. p. S. — *quavis* Rittersh. Bentl. Burm. Ex hoc epimythio Perottus fecit promythium hoc: *His qui casu peccant dandum esse veniam; qui vero consulto delinquunt, eos esse puniendos.*

FAB. IV. (1) — *Quidam quum immolasset verrem sancto Herculi* N. (2) — *qui pro* P. R. Correxit p. (3) — *relliquias* g. N. teste Dorvill. (4) = *loquutus* R. (5) *Libenter istum prorsus*] N. firmans Bentl. coni. — *Libenter tuum prorsus* P. g. (— *prorsus libenter* R. teste Vinc. Non credo.) — *Tuum libenter prorsus* p. S. (7) Verss. 7—12. omisit N. (8) *vitavi*] Sic P. (teste Bergero.) E

Ad poenitendum rebus manifestis agi.
Facturus ludos quidam dives nobiles
Proposito cunctos invitavit praemio,
Quam quisque posset ut novitatem ostenderet.
Venere artifices laudis ad certamina:
Quos inter scurra, notus urbano sale,
Habere dixit se genus spectaculi,
Quod in theatro nunquam prolatum foret.
Dispersus rumor civitatem concitat.
Paullo ante vacua turbam deficiunt loca.
In scena vero postquam solus constitit
Sine apparatu, nullis adiutoribus,
Silentium ipsa fecit exspectatio.
Ille in sinum repente demisit caput
Et sic porcelli vocem est imitatus sua,
Verum ut subesse pallio contenderent
Et excuti iuberent. Quo facto simul
Nihil est repertum, multis onerant laudibus
Hominemque plausu prosequuntur maximo.
Hoc vidit fieri rusticus. Non mehercule
Me vincet, inquit: et statim professus est
Idem facturum melius se postridie.
Fit turba maior. Iam favor mentes tenet
Et derisurus, non spectaturus, silet.
Uterque prodit. Scurra degrunnit prior

R. nihil notatur; sed quum Ed. Paris. ipsa quoque videatur habere *vitavi*, et Gudius Rigaltiana aliqua usus sit, nec ipse quoque quidquam notarit, sine dubio ex ipso Cd. Rem. ita dedit Rigaltius. — *putavi* P. teste Bongarsio, sed videtur error natus e scriptura Codicis: *uitaui*. — *reputavi* p. S. „Pithoeus: *reputavi*, merâ coniectura, quam scripturam Cod. existimans recepit Schwabius cum aliis; *vitavi* autem, vera lectio, ut Rigaltii coniectura, reiectum est." Berg. Id omnino certum est *reputavi* non esse in P. (10) *deprensi*] Burm. S. — *deprehensi* P. p. (Ibid.) *perierunt*] P. g. ∞ *perierint* p. S. (12) *est bono*] p. S. — *bono est* P. R.

Fab. V. (1) *Pravo*] N. Rigalt. S. — *parvo* P. R. p. (— *lavi* P. R.) (4) *quidam dives nobiles*] Scheffer. Burm. — *quidam dives nobilis* P. R. p. — *dives quidam et nobilis* N. S. (6) *posset*]

Movetque plausus et clamores suscitat.
Tunc simulans sese vestimentis rusticus
Porcellum obtegere, (quod faciebat scilicet,
Sed, in priore quia nil compererant, latens:)
Pervellit aurem vero, quem celaverat,
Et cum dolore vocem naturae exprimit.
Adclamat populus scurram multo similius
Imitatum, et cogit rusticum trudi foras.
At ille profert ipsum porcellum e sinu,
Turpemque aperto pignore errorem probans:
En hic declarat, quales sitis iudices!

[VI.]

POËTA AD PARTICULONEM.

Adhuc supersunt multa, quae possim loqui,
Et copiosa abundat rerum varietas;
Sed temperatae suaves sunt argutiae,
Immodicae offendunt. Quare, vir sanctissime,
Particulo, chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit pretium litteris,

N. p. S. — *possit* P. g. (— *novitatem faceret* N.) (8) — *scurra unus* N. (11) — *convocat* N. (12) *vacua*] N. p. S. — *vacuam* P. R. — *turba* N. (16) *demisit*] p. S. — *dimisit* P. Nevel. (17) — *porcellum voce imitatus est sua* N. (18) *contenderent*] N. p. S. — *contenderet* P. R. (20) *laudibus*] N. firmans p. coni. S. — *lancibus* P. R. (21) = *prosecuntur* P. (22) = *mehercules* N. (24) — *post tridie* P. (25) — *favore* R. Excidit hic vers. ex ed. Bergeri. (26) Sic scripsi. *favor* per προσωποποιΐαν pro *fautores* - - *silent;* ut fere supra: *Silentium ipsa facit exspectatio.* — *Et derisuros non exspectaturos sit et* P. R. teste Vinc. quod credibilius est, quam quod Gudius ait Remensem habere *spectaturos.* — *Et derisurus non secuturus* (neutiquam: *spectaturus*, ut dicit Schwabius.) *sedet* N. — *Et derisuri, non spectaturi sedent* p. S. (27) *degrunnit*] N. firmans Rittersh. rationem. Burm. S. — *digrunnit* P. p. (De R. non constat.) (28) — *clamorem* N. (29) — *Tum* N. (— *simulans* est lectio Cdd. P. R. N. et p.; non: *simulat*, quod tribuunt Rittershusio et Ursino.) (Ibid.) *rusticus*] N. p. S. — *rusticis*. P. R. (31) *nil*] p. S. — *nihil* P. R. (Ibid.) *compererant*] Rigalt. Ed. 2. S. — *compererat* P. R. p. — Omittit hunc vers. N. Post hunc vers. Pithoeus defectus signa posuit; parenthesin signifi-

Si non ingenium, certe brevitatem adproba,
Quae commendari tanto debet iustius,
Quanto poëtae sunt molesti validius.

[FAB. VII.]

CALVUS ET QUIDAM PILIS DEFECTUS.

Invenit calvus forte in trivio pectinem.
Accessit alter, aeque defectus pilis.
Heia! inquit, *in* commune quodcunque est lucri.
Ostendit ille praedam et adiecit simul:
Superûm voluntas favit; sed fato invido
Carbonem, ut aïunt, pro thesauro invenimus.
Quem spes delusit, huic querela convenit.

[FAB. VIII.]

PRINCEPS TIBICEN.

Ubi vanus animus aura captus frivola
Adripuit insolentem sibi fiduciam,
Facile ad derisum stulta levitas ducitur.

cavit Bentl. (32) — *aurem porco* N. ex interpol. Similiter Heinsius: „Lege: *verri*.'' Quasi vero et *porci* et *verres* sub veste celari possent, dum *porcelli* possunt. Talis est interdum VV. DD. ἀβλεψία. (*vero* autem habent P. R. p.) (33) — *natura* Bongars. (34) *scurram*] N. p. S. — *scurra* P. R. (36) *profert*] N. p. S. — *proferet* P. R. (Ibid.) *e sinu*] p. S. — *e sino* (sic) P. R. — *de sinu* N. (37) — *errorem exprobrans* N.; prob. Iannellio, ut pleraque probat Cd. sui. Nequaquam vero convenit v. *exprobrans* cum vv. *aperto pignore*. (38) — *Eni* P. a pr. manu. — „*dedarat* P. iunctione literarum *c*, *l*." Berg.

VI. „Hos versus epilogum libri quarti fecerunt Editores recentiores." Berg. (3) — *temperate* P. (4) *immodicae*] Rittersh. S. — *immodica* P. R. p. (5) *chartis*] p. S. — *artis* P. R. (Ibid.) — *viturum* P. (7) *adproba*] p. S. — *adprobat* P. R.

Fab. VII. (3) *Heia*] P. p. = *Eia* S. (Ibid.) *in commune*] Gronov. Gud. S. — om. *in* P. R. p. — *est commune* Rigalt. (6) — *thensauro* g. (7) *querela*] p. S. — *querele* (sic) P., et, ut videtur, R., etsi non notavit Vincentius.

Fab. VIII. Emendavit *PRINCEPS* iam Bongarsius. — *PROCAX*

Princeps tibicen notior paullo fuit,
Operam Bathyllo solitus in scena dare.
Is forte ludis (non satis memini quibus)
Dum pegma rapitur, concidit casu gravi
Nec opinans, et sinistram fregit tibiam,
Duas quum dextras maluisset perdere.
Inter manus sublatus et multum gemens
Domum refertur. Aliquot menses transeunt,
Ad sanitatem dum venit curatio.
Ut spectatorum mos est et lepidum genus,
Desiderari coepit, cuius flatibus
Solebat excitari saltantis vigor.
Erat facturus ludos quidam nobilis
Et incipiebat ingredi Princeps. Eum
Adducit pretio, precibus, ut tantummodo
Ipso ludorum ostenderet sese die.
Qui simul advenit, rumor de tibicine
Fremit in theatro. Quidam adfirmant mortuum,
Quidam in conspectum proditurum sine mora.
Aulaeo misso, devolutis tonitribus
Dî sunt locuti more translaticio.
Tunc chorus ignotum modo reducto canticum
Insonuit, cuius haec fuit sententia:
„Laetare, incolumis Roma, salvo Principe!"

P. R. p. (2) *Adripuit*] Rig. S. — *Abripuit* P. (R.) p. (3) *stulta*] p. S. — *et stulta* P. R. (5) *in scena*] p. S. — *in chena* P. R. (7) — *pecma* P. R. p. (8) *Nec opinans et*] p. S. — *nec opia sed* P. R. teste Gud. — *ne copia sed* R. testé Vinc. (— *nec opinus et* Nevel. susp. Bentl.) (11) — *aliquod menses transent* (sic) P. (17. 18) Sic Ursin. S. — *Et incipiebat Princeps abduci reum Ingredi a se reducit* (*reduci* R. teste Vinc.?) *pretio pretibus* (sic) *ut Tantummodo ipso ludorum ostenderet sese die* P. R. p. (hic cum asteriscis.) — *Et incipiebat Princeps ingredier. Eum* cet. ut nos. Rig. Burm. (21) *Fremit*] p. S. — *fremet* P. (23) — *auleo miso* P. (Ibid.) *tonitribus*] P. R. — *tonitrubus* sine causa p. S. (— *tronitribus* P. a pr. manu.) (24) *Di*] Burm. S. — *Dii* P. p. (25. 26) Sic composui coni. Gud. *modo reducto* et Freinshemii *insonuit*. — *Tunc chorus ignotum more ducto canticum Imposuit* P. R.

In plausus consurrectum est. Iactat basia
Tibicen; gratulari fautores putat.
Equester ordo stultum errorem intellegit
Magnoque risu canticum repeti iubet.
Iteratur illud. Homo meus se in pulpito
Totum prosternit. Plaudit inludens eques;
Rogare populus hunc coronam existimat.
Ut vero cuneis notuit res omnibus,
Princeps, ligato crure nivea fascia,
Niveisque tunicis, niveis etiam calceis,
Superbiens honore divinae domus,
Ab universis capite est protrusus foras.

[FAB. IX.]

TEMPUS.

Cursu volucri, pendens in novacula,
Calvus, comosa fronte, nudo corpore,
Quem si occuparis, teneas; elapsum semel
Non ipse possit Iuppiter reprehendere,
Occasionem rerum significat brevem.
Effectus impediret ne segnis mora,
Finxere antiqui talem effigiem Temporis.

p. — *Tunc chorus, ignotum et modo reducto canticum Imposuit* Desbill. S. Zell. admodum dura constructione: ut *imposuit* (ei) sit „eum decepit." Longe facilior, sed parum probabilis est Rig. Fabri, Burm. ratio: *Chorus reducto tunc et notum canticum Imposuit.* Nullam habet difficultatem nostra lectio: „Chorus insonuit canticum Principi antea „*ignotum*", i. e. cuius verba ipsa et numeri novi tibicini accidebant, etsi sententia solita erat illa: *LAETARE* cet." (27) — *incolomis* P. R. (28) — *iactant* Heins. Burm. prava coni. (29) — *Tybicen* P. (32) — *illyd* P. (Ibid.) — *sem in* (sic) P. (34) *existimat*] p. S. — *aestimat* P. R. (36) — *legato* P. a pr. manu. (38) *honore divinae*] Gruter., S. — *honorem vidit div.* P. R. p. Ante hunc v. Pithoeus posuit defectus signa. (39) — *protusus* P.

FAB. IX. (1) *Cursu*] P. R. Rig. S. — *cur sit* p. solus, admodum mire. (4) = *reprendere* Rig. Ed. 1. Nevel.

[FAB. X.]

TAURUS ET VITULUS.

Angusto in aditu taurus luctans cornibus,
Quum vix intrare posset ad praesepia,
Monstrabat vitulus quo se pacto plecteret.
Tace, inquit, ante hoc novi, quam tu natus es.
Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

[FAB. XI.]

CANIS ET SERVUS ET VENATOR.

Adversus omnes fortis veloces feras
Canis quum domino semper fecisset satis,
Languere coepit annis ingravantibus.
Aliquando obiectus hispidi pugnae suis
Adripuit aurem: sed cariosis dentibus
Praedam dimisit. Hîc tunc venator dolens
Canem obiurgabat. Cui latrans contra senex:
Non te destituit animus, sed vires meae.
Quod fuimus, laudasti; iam damnas, quod sumus.
Hoc cur, Philete, scripserim, pulchre vides.

Fab. X. (3) ∾ *flecteret* Bongars. Ritt. Bentl. Omnino incerti sunt loci, e quibus v. *plectendi* hoc significatu afferunt Interpp. (4) *quam tu natus es*] Romulus. p. S. — *quam natus es* P. — *quam natus esses* R. syllabâ *ses* punctis notata.

Fab. XI. *ET SERVUS*] P. — *SERVUS* R. corruptum ex *SUS*. (1) *fortis veloces* p. S. — *fortes et veloces* P. R. (2) *quum*] p. S. — *dum* P. R. (non: *tum* g.)] — *ingrabantibus* P. R. (6) *tunc*] P. R. p. — *tum* Rig. S. (7) *latrans contra senex*] Brouckhus. Hoogstrat. S. — *senex contra latrans* P. R. p. — *contra senex* Lacon Bentl. (8) — *non me* Bentl. (9) Sic partim cum A. et Romulo de Burm. coni. S. — *Quod fuimus laudas, iam damnas quod sumus* P. R. Rig. Ed. 1. Nevel. — *Quod fuimus laudas; iam damnus quod non sumus* p. Burm. ∾ *Quod fuimus lauda, si iam damnas, quod sumus* Gud. Bentl. (10) *Philete scr.*] Gud. S. — *Filite* (sic) *scr.* P. p. — *file descripserim* R. „Sur l'*e* de *file* un *i*, comme s'il fallait lire *fili*; mais le *de* de *descripserim* donne à penser qu'il y avoit *te*." Vincent. (— *pulchrae* P. R.) In fine: *Phaedri Aug. liberti Liber quintus explicit feliciter* Cod. Remensis.

PHAEDRI

FABULARUM LIBER SEXTUS

SIVE

FABULAE SERVATAE

IN

CODICE PEROTTINO

REPETITAE EX LECTIONE

IANNELLII.

PHAEDRI FABULAE.

[FAB. I.]

SIMIUS ET VULPES.

Avarum etiam quod sibi superest non libenter dare.

Vulpem rogabat partem caudae sim . . .
Contegere honeste posset ut nudas nates;
Cui sic maligna: Longior fiat licet,
Tamen illam citius per lutum et spinas traham,
† Quam tibi impartiar parvam quamvis pa . . . .

[FAB. II.]

AUCTOR.

Non esse plus aequo petendum.

A . . . . si . a . . r . f . . . . sset meo,
Genus mortale longe foret instructius:
Na . . . . nobis attribuisset commoda,
Q . . . . que Fortuna indulgens animali dedit:

[1] (*Signa, quibus utimur, haec sunt:*)
I. = *Iannellius.* ‖ C. = *Cassittus.* ‖ B. = *Bothe.* ‖ Z. = Zellius. (Cassitti editione destitutus nonnulla a Zellio tacite recepta sic tantum signare possum: Z. Optimum autem factu mihi visum est ne ulla quidem litera immutata repetere Codicem Perottinum Iannellii, ut liberior unicuique remaneret coniiciendi facultas.)

Fab. I. (1) ∾ *simius* I. Z. (5) ∾ *Quam partem quamvis parvam impertiar tibi* C. Z. — *Quam parvam quamvis partem impertiar tibi* I.

Fab. II. (1) *Arbitrio si natura* ∾ *finxisset* (— *fecisset* C. Z.) *meo* I. (3) ∾ *Num cuncta* I. Z. (4) ∾ *Quaecunque* I. C. Z.

El . . ha . . . vires et leonis impetum,
† C . rpus . . aevum, gloriam tauri trucis,
Equ . v . . . cis placidam mansuetudinem,
Et adesset homini sua tamen sollertia.
Nimirum in caelo secum ridet Iuppiter,
Haec qui negavit magno consilio hominibus,
Ne sceptrum mundi raperet nostra audacia.
Ergo, contenti munere invicti Iovis,
Fatalis annos decurramus temporis,
Nec plus conemur quam sinit mortalitas.

[FAB. III.]

MERCURIUS ET DUAE MULIERES.

De eodem alia fabella.

Mercurium hospitio † mulieres duae
Illiberali et sordido receperant:
Quarum una in cunis parvum habebat filium,
Quaestus placebat alteri meretricius.
Ergo, ut referret gratiam officiis par . .,
Abiturus et iam limen excedens ait:
Deum videtis; tribuam vobis protinus,
Quod quaeque optarit. Mater supplicat, ro . . . .,
Barbatum ut videat natum quam primum suum;
Moecha, ut sequatur sese quidquid tetig . . . . .
Volat Mercurius. Intro redeunt mulieres,
Barbatus infans ecce vagitus ciet,

— *indulgens Fortuna* Lemaire. (5) *Elephantis* I. = *Elephanti* C. Z. (6) ∾ *Cornicis aevum* C. Z. — Iannell. volebat *Phoenicis;* minus probabiliter. (10) *homini* C. Z. Proceleusmaticum defendit Iannellius.

FAB. III, (1) ∾ *Mercurium quondam hospitio* vel: *M. hospitio quondam* I. ∾ *mulieres olim duae* C. Z. Utroque vocabulo aeque utitur Phaedrus dudum notus. (5) *parem* I. Z. (8) *rogans* I. Z. (10) ∾ *tetigerit* I. Z. (13) ∾ *Id quum forte meretrix rideret* v. I. — *Ideo quum forte meretrix rideret validius* Z. quasi cum Iannellio; sed hic alterutrum proposuit vel illud, quod memoravi ac probo: vel; *Ideo quum forte meretrix ridet* v. (sicque C.) (14) ∾

Id quum forte meretrix † ridet validius,
N . . . . reple . . . humor, ut fieri solet.
E . . ngere . g . . . . s . . . . . ns . . . ndit manu
Traxitque ad terram nasi . . . gitudinem.
Et al . . . ridens ipsa ridenda exstitit.

[FAB. IV.]

PROMETHEUS ET DOLUS.

De veritate et mendacio.

Olim Prometheus † seculi novi figulus
Creta subtili Veritatem fecerat,
Ut iura posset inter homines reddere.
Subito accersitus nuntio magni Iovis
Commendat officinam fallaci Dolo,
In disciplinam nuper quem receperat.
Hic studio accensus, facie simulacrum pari,
Una statura, simile et membris omnibus,
Dum tempus habuit, callida finxit manu.
Quod prope iam totum mire quum positum foret,
Lutum ad faciendos illi defecit pedes.
Redit magister: quo † festinante Dolus
Metu turbatus in suo sedit loco.
Mirans Prometheus tantam similitudinem,
Propriae videri voluit artis gloriam.
Igitur fornaci pariter duo signa intulit;
Quibus percoctis atque infuso spiritu,

Nares replevit I. C. Z. (15) ∾ *Emungere igitur se volens prendit manu* I. Z. (Priorem suam coni. *Ea tangens igitur se imprudens prendit manu* ipse reiecit Iann.) (16) ∾ *longitudinem* I. Z. (17) ∾ *aliam* B. Z. — *alium* I.

FAB. IV. (1) ∾ *seculi figulus novi* I. C. Z. (2) — *Cura subtili* C. (4) = *arcessitus* Z. (12) *Rediit* I. ∾ *quo festinanter* B. Z. Vere. — *festinante quo* I. C. (21) — *quod nequiverit* I. Z. (22) — *facile quis consisteret* I. Z. parum probabiliter utrumque. quo iure enim e Codicis *ipse* facias: — *quis?* Sententia hoc fere requirit (verba non praesto): *quod negant sophi Pedes habere. Facile*

Modesto gressu sancta incessit Veritas;
At trunca species haesit in vestigio.
Tunc falsa imago atque operis furtivi labor
Mendacium appellatum est, quod ne........
Pedes habere f... le ipse c.. s. n...

[FAB. V.]

AUCTOR.

Nihil diu occultum.

Simulata interdum vitia prosunt hominibus,
Sed tempore ipso tamen apparet veritas.

[FAB. VI.]

AUCTOR.

Sensum aestimandum esse, non verba.

Ixion, qui versari . actat ... o ..
Volubilem Fortuna iactari docet.
Adversus altos Sisyphus montes ag ....
Saxum labore summo, quod de vertice,
Sudore semper irrito, revolvitur,
Ostendit hominum sine fine † miserias.
Quod stans in amne Tantalus medio si ...,
Avari describuntur, quos circumfluit
Usus bonorum, sed nil possunt tangere.
Urnis scelestas Danaides portant aquas,

ipse id consentio: haec postrema inter alia proposuit etiam Iannellius. Malim tamen: *consenties.* Ultima haec minus tibi languere videbuntur, ubi memineris perversum illum Perotti morem, quo nescio quam propter festinationem, vel etiam, ut omni prorsus fastidio Pyrrhum nepotem liberaret, haud raro cum gravi sententiarum detrimento, epimythia truncavit. Hoc igitur loco, uti scite, quamvis subobscure, significavit Iannellius, haec fere interciderunt: „*facile ipse id consenties:* Nam a *menda mendacii* vocabulum ducitur;" quibuscunque demum Phaedrus ipse verbis usus est.

Fab. V. — Hos duos vv. cum praeced. fab. iungunt B. Z. Sed aliunde videntur petiti.

Pertusa nec complere possunt dolia,
Imo, luxuriae quidquid dederis, perfluet.
Novem porrectus Tityos est per iugera
† Tristis renatum suggerens pene iecur;
Quo † quisque maiorem possidet terrae locum,
Hoc demonstratur cura graviore adfici.
Consulto involvit veritatem antiquitas,
Ut sapiens intelligeret, erraret rudis.

[FAB. VII.]

AUCTOR.

De oraculo Apollinis.

Utilius nobis quid sit, dic, Phoebe, obsecro,
Qui Delphos et formosum Parnasum incolis:
Qu . d sacratae vatis horrescunt comae,
Tripodes moventur, mugit adytis religio,
Tremuntque lauri et ipse pallescit dies?
V . . . s . . s . lvit . cta † Phyton numine:
D . . . . gentes Delii monitus dei:
P . . . atem colite; vota superis reddite;
P . . . . am, parentes, natos, castas coniuges
Defendite, armis hostem † ferroque pellite;
Amicos sublevate; miseris parcite;
Bonis favete; subdolis ite obviam;
Delicta vindicate, † castigate impios:
Punite turpi thalamos qui violant stupro;

Fab. VI. (1) *qui versari narratur rota* C. Z. — *qui versatus iactatur rota* I. (2) ∞ *Fortunam* Z. (3) *agens* I. C. Z. (6) ∞ *sine fine esse miserias* Z. (7) *sitit* I. Z. (10) ∞ *scelestae* Z. (14) ∞ *Tristi renatum suggerens poenae iecur* I. Z. (15) ∞ *Quo quis* I. C. Z. (18) — *sapiens ut* B.

Fab. VII. (1) — *Utibile* B. (3) ∞ *Quid id est? sacratae* B. Z. — *Quid modo sacr.* I. (6) ∞ *Voces resolvit acta Pythia n.* I. C. Z. (7) ∞ *Discuntque gentes* C. Z. — *docetque g.* I. (8) *Pietatem* I. Z. (9) *Patriam* I. Z. (10) ∞ *ferro* I. C. Z. — *et ferro* Iann. altera susp. (13) ∞ *cohibete* C. Z.

Malos cavete; nulli nimium credite.
Haec eloquuta concidit Virgo furens:
Furens profecto, nam quae dixit perdidit.

[FAB. VIII.]

AESOPUS ET SCRIPTOR.

De malo scriptore se laudante.

Aesopo quidam scripta recitarat ma . . ,
In quîs inepte multum se iactaverat:
Scire ergo cupiens, quidnam sentiret senex,
† Numquid, inquit, sum tibi visus superb . . .?
Haud vana nobis ingenii fiducia est.
Confectus ille pessimo volumine,
Ego, inquit, quod te laudas vehementer probo,
Namque hoc ab alio nunquam continget tibi.

[FAB. IX.]

POMPEIUS MAGNUS ET EIUS MILES.

Quam difficile sit hominem nosse.

Magni Pompeii miles vasti corporis,
Fracte loquendo et ambulando mol . . . . .,
Famam cinaedi traxerat certissimam.
Hic insidiatus nocte iumentis ducis
Cum veste et auro et magno argenti po . . . . .

FAB. VIII. (1) *mala* I. Z. (4) ∾ *Numquid tibi, inquit, sum visus superbior* C. Z. ∾ *Numquid, ait, sum tibi visus superbior* I.

FAB. IX. (2) *molliter* I. Z. (5) *pondere* I. Z. (6) *distulit* C. (8) ∾ *ait* B. Z. (10) — *disiicit* I. (11) *exstillescant* Z. (13) — *Id dedecus castrorum propelli* I. Z. (in Iann. Ed. est: — *popelli*, err. typogr.?) — *Inanes suspiciones propelli* C. Sed haec potius sententia requiritur: *Indicii falsi auctores propelli iubet.* (14) ∾ *Nec cadere in illum* I. Z. (15) ∾ *Post haec ad castra accessit et fidens manu Romanos ingens* B. Z. — *Haec inter castra accessit et fidens manu Romanos armis* C. — *Forte intercessit proelium et fidens manu*

Avertit mulos. Factum rumor dissipat;
Arguitur miles, rapitur in praetorium.
Tum Magnus, Quid †ais, tune me, commilito,
Spoliare es ausus? Ille continuo exscreat
Sibi in sinistram et sputum digitis dissipat.
Sic, imperator, oculi extillescant mei,
Si vidi aut tetigi. Tum vir animi simplicis
I . . . . s . as . . o . . . propelli iubet,
Nec . . de . . . . um credit tantam audaciam.
. . . . ars . . . . rcessit et †manu fidens
. . . . s provocabat barbarus;
. . bi . . . sque metuit, †primi mussant duces.
. . . . . . cinaedus habitu, sed Mars viribus,
. . . . . sedentem pro tribunali ducem,
. . voce molli: Licet? †Enimvero eiici virum,
U . . n re atroci Magnus stomachans imperat.
Tum quidam senior ex amicis principis:
Hunc ego committi satius Fortunae arbitror,
In quo iactura levis est, quam fortem virum,
Qui casu victus temeritatis te arguat.
Assensit Magnus et permisit militi
Prodire contra, qui, mirante exercitu,
Dicto celerius †hosti abscidit caput
Victorque redit. His tum Pompeius super:
Corona †militis equidem te dono libens,
Quod vindicasti laudem Romani imperii;

Horrenda voce I. (17). ∞ *Sibi quisque* I. Z. (Ibid.) — *mussitant primi* Dorvill. Z. ∞ *et primi mussant* I. (18) ∞ *Tandem c.* B. Z. — *Tamen is c.* I. — *Tamen c.* C. (19) *Adit s.* Burm. Z. — *Adiit s.* I. (20) ∞ *et voce* I. Z. (Ibid.) ∞ *Enimvero eiici* vers. 21. *Virum ut in re* Z. (— *Eum vero eiici Ut in re* I.) (28) ∞ *hostis* I. Z. (29) ∞ *rediit* I. Z. (30) ∞ *Corona, miles, eq.* I. C. Z. (31) ∞ *imperi* I. Z. (33) ∞ *Turpe illud repetens, quod cinaedus ſecerat* C. Z. — *Turpe illud imitans, is quod ante ſecerat* I. — *Turpe illud imitans gestu quod homo ſecerat* B. (34) *Nisi tu abstulisti sarcinas furto* (B. Z. ∞ *nuper* Dorvill.) *meas* Dorvill. B. Z. — *Nisi tu abstulisti e sarcinis opes meas* I.

Sed extillescant oculi sic, inquit, mei,
Turpe illud . . . . . ns . . . .
Nisi tu abstulisti . . . . me . .

[FAB. X.]

IUNO, VENUS ET GALLINA.

De mulierum libidine.

Quum castitatem Iuno laudaret suam,
. . . . nditatis †caussa non repellit Venus,
N . . l . . que ut affirmaret esse illi parem,
. . . . rrogasse sic gallinam dicitur:
. . . sodes, quanto possis satiari cibo?
R . . . . ndit illa: Quidquid dederis satis erit;
S . . . t concedas pedibus aliquid scalpere.
Ne scalpas, inquit, satis est modius tritici?
Plane, immo nimium est, sed permitte scalpere.
Ex toto, ne quid scalpas, quid desideras?
Tum denique illa fassa est naturae malum:
Licet horreum mihi pateat, ego scalpam tamen.
Risisse Iuno dicitur Veneris iocos,
Quia per gallinam denotavit feminas.

[FAB. XI.]

PATERFAMILIAS ET AESOPUS.

Quomodo domanda sit ferox iuventus.

Paterfamilias saevum habebat filium.

FAB. X. (2) *Iucunditatis causam non repulit* I. Z. (3) ∾ *Naturamque* Cod. iuxta exemplar Burm. B. Z. — *Nullamque* I. C. (4) *Interrogasse* I. Z. (5) *Dic, sodes* I. Z. — *Si casta es, q.* exemplar Burm. — *Huc asta q.* Burm. susp. B. (6) *Respondit* I. Z. (7) ∾ *Sic, ut* exemplar Burm. Z. — *sed, ut* I. C. (13) ∾ *ioco* I. C. (14) ∾ *denoturat* Burm. Z.

FAB. XI. (9) ∾ *timeas* I. Z. (10) ∾ *Non, ut labores, duco* B. Z. ex apogr. Burm.: — *non, ut labores, dico.* — *Non, ut labores, facio* I. (11) ∾ *Qui calce et cornu e vestigiis* Cd. et Ro-

Hic e conspectu quum patris recesserat,
Verberibus servos afficiebat plurimis
Et exercebat fervidam adolescentiam.
Aesopus ergo narrat hoc breviter seni:
Quidam iuvenco vetulum adiungebat bovem.
Is quum, refugiens impari collo iugum,
Aetatis excusaret vires languidas:
Non est, quod . . . . as, inquit illi rusticus:
Non, ut l . b . . . ., sed ut istum domes
. . . . nu multos reddit debiles.
S . . tu . . si . . tum tecum assidue retines,
. . . . genium comprimis clementia:
. . de ne querela maior accrescat domus.
Atrocitati mansuetudo est remedium.

[FAB. XII.]

AESOPUS ET VICTOR GYMNICUS.

Quomodo comprimatur aliquando iactantia.

†Forte victorem gymnici certaminis
Iactantiorem quum †vidisset Aesopus,
Interrogavit †ampliusne adversarius
Valuisset †suus. Ille: Ne istud dixeris,
Multo fuere vires maiores meae.
Quod, inquit, ergo, stulte, meruisti decus,
Minus valentem si vicisti fortior?
Ferendus esses, forte si te diceres
Superasse, †qui esset melior viribus.

mulo I. Z. (12) ꝏ *Sic tu, nisi natum* I. Z. (13) E promythio videtur supplendum: *Feroxque ingenium.* ꝏ *Saevumque ingenium* C. Z. — *retinens, Ferox ingenium comprimes* Dorvill. B. (— *comprimes* etiam Z.) (14) *Vide ne* I. Z.

Fab. XII. (1) ꝏ *Victorem forte* I. Z. (2) ꝏ *quum esse vidisset sophus* C. Z. — *quum vidisset vir* (vel *Phryx*) *sophus* I. (3) ꝏ *ampliusne adv. humeris v.* C. Z. — *an plus adv. Suus val.* I. (9) ꝏ *melior qui esset* B. Z. — *qui fuisset melior* I.

[FAB. XIII.]

ASINUS AD LYRAM.

Quomodo ingenia saepe calamitate intercidant.

Asinus iacentem vidit in prato lyram.
Accessit, † tentavit chordas ungula;
Sonuere tactae. Bella res mehercules
Male cessit, ait, artis quia sum nescius.
Si reperisset aliquis hanc prudentior,
Divinis aures oblectasset cantibus.
Sic saepe ingenia calamitate intercidunt.

[FAB. XIV.]

MULIER VIDUA ET MILES.

Quanta sit inconstantia et libido mulierum.

Per a . iquot . nnos quaedam dilectum virum
. misit et sarcophago corpus condidit.
. quo . . velli nullo quum posset modo
Et in sepulcro lugens vitam degeret,
Claram assequuta est famam castae virginis.
Interea fanum qui compilarant Iovis,
Cruci suffixi luerunt poenas numini.
Horum reliquias ne quis posset tollere,
Custodes dantur milites cadaverum
Monumentum iuxta, mulier quo se incluserat.
Aliquando sitiens unus de custodibus
Aquam rogavit media nocte ancillulam,
Quae forte dominae tunc adsistebat suae,

Fab. XIII. (2) ∾ *tentavitque* B. Z. = *et tentavit* I. C. (4) — *Male cessit mihi, ait* B. ne *a* in *quia* producatur. ∾ *Bella res mehercules! Sed male* cet. I.

Fab. XIV. (1) — *Ante aliquot annos* B. Sed iunge: *amisit virum dilectum per aliquot annos.* (3) ∾ *A quo revelli* I. Z. ∾ *A quo divelli* C. (15) ∾ *produxerat* B. (17) ∾ *sed facie* I. C. Z. (19) ∾ *Et uritur sensim impudens cupidine* C. Z. — *Et uritur*

Dormitum eunti; namque lucubraverat
Et usque in serum vigilias perduxerat:
Paullum reclusis foribus miles prospicit
Videtque aegram †et facie pulchra feminam.
Corruptus animus illico succenditur
†Uriturque sensim impud . . . . . . cupid . . .
Sollers acumen mille . . ussas . . . . . it
Per quas videre possit . . . am saep . . .
Quotidiana capta consuetudine
Paullatim facta est adv . . . . summissior;
Mox artiore vinxit . . . imum . . pula.
Hic dum consumit noctes miles diligens,
Desideratum est corpus ex una cr . . . :
Turbatus miles factum exponit mul . . . . :
At sancta mulier: Non est, quod tim . . . . . .
Virique corpus tradit figendum cruci,
Ne subeat ille poenas negligentiae.
Sic turpitudo laudis obsedit locum.

[FAB. XV.]

DUO IUVENES SPONSI DIVES FT PAUPER.

Fortunam interdum praeter spem atque exspectationem hominibus favere.

Una expeteb . . . vir . . . em iuvenes duo.
Vicit locuples genus et formam pauperis.
Ut nuptiarum dictus advenit dies,
Amans dolorem quia non poterat perpeti,
Maerens propinquos contulit se in hortulos:

impudicitiae cupidine I. (20) *caussas invenit* I. Z. (21) *illam saepius* I. Z. (23) *advenae* Exemplar Burm. I. Z. (24) *animum copula* I. Z. (26) *cruce* I. Z. (27) *mulieri* I. Z. (28) *timeas, ait* I. Z.

Fab. XV. (1) ∞ *Unam* C. Z. ∞ *expetebant virginem* I. Z. (6) ∞ *splendida divitis* I. C. — *ditis splendida* B. Z. (10) ∞ *praefert* Burm. C. (12) ∞ *deferre* C. Z. — *referre* I.

Quos ultra paullo villa † splendidi divitis
Erat acceptura virginem e matris sinu,
Parum ampla in urbe visa quod fuerat domus.
Pompa explicatur, turba concurrit frequens,
Et coniugalem praebet Hymenaeus facem.
Asellus autem, qui solebat pauperi
Quaestum † ferre, stabat portae in limine.
Illum puellae casu conducunt suae,
Viae labores teneros ne laedant pedes.
Repente caelum Veneris misericordia
Ventis movetur, intonat mundi fragor,
Noctemque densis horridam nimbis parat;
Lux rapitur oculis, et simul vis grandinis
E . fusa . . ep . d . s . . . . d . s . . p . .
Sibi quemque cogens pet . r . praesi . iu . fug . .
Asellus notum p . . xim . . . . s . b . .
Et voce magna sese veni . . . em . . . .
Procurrunt pueri p . . . c . . am . . ffi. . . . .
Et admirantur . . . . . de domino nuntiant.
Inter sodales ille paucos adcubans
Amorem crebris avocabat poculis.
Ubi nuntiatum est, recreatus gaud . . .
Hortante Baccho et Venere, dulces perf . . . .
Aequalitatis inter plausus nuptias.
Quaerunt parentes per praeconem filiam;

(19) — *Effusa et pluvia admista comites dissipat* B. Z. — *Effusa trepidos pulsat et omnes dissipat* I. — *Effusa et pluvia densa* (postmodum: *denique*) *cunctos dissipat* C. (20) *petere praesidium fuga* I. Z. (21) — *proximum tectum subit* I. ∾ *proxime tectum subit* C. Z. (22) ∾ *venientem indicat* I. Z. (23) — *pulchram adspiciunt virginem* C. Z. — *pulchram affirmant virginem* I. (24) *deinde* I. C. Z. (27) *gaudiis* I. ∾ *gaudio* Z. (28) *perficit* I. Z. (29) — *Sodalitatis* B.

Fab. XVI. (2) *diem* I. Z. (3) *Vestem* exempl. Burm. I. Z. (Ibid.) — *sumeret* I. C. pro *sum* in Cd. *cum* invenisse sibi visus proposuit: *comparans*, sicque Z. (4) ∾ *Neque inveniebat* C. Z. (8) ∾ *cessabit* Burm. I. Z. (10) ∾ *iussit ferulis* B. Z. (11) Equidem lego: *Tollit post paullo armillam alius argenteam.* — *Paullo*

Novus maritus coniuge amissa dolet.
Quid esset actum postquam populo innotuit,
Omnes favorem comprobarunt caelitum.

[FAB. XVI.]

AESOPUS ET DOMINA.

Quam noceat saepe verum dicere.

Aesopus turpi quum serviret feminae,
Quae se expingendo totum intricabat d . . .,
†Vestes, uniones, aurum, argentum sum. . . .,
Nec inveniret digito qui se tangeret,
Licetne paucis? inquit. Dicas. Censeo,
Quidvis efficies, cultum si deposueris.
Adeone per me videor tibi meliuscula?
Imo, nisi dederis, sponda †cessavit tua.
At non cessabunt latera, respondit, tua;
Et obiurgari iussit servum garrulum.
†Paullo post armillam tollit argenteam,
†Quam non apparere ut dictum est mulieri,
F . . . re plena vocat . m . es ad verb . . .
Pro . . nit gr . . . . um si non dixerint:
†Aliis minare, . nq . . ., me non fallis certe:
Flagris sum caesus, verum quia dixi modo.

post armillam tollunt argenteam I. C. in Ed. quarta. — *tollit is* C. in Edd. prioribus. Hinc B. Z.: — *Armillam is tollit paullo post argenteam:* quasi vero fur fuisset Aesopus, *Phryx sophus.* Corruptelae autem omnes ortae sunt ex eo, quod ignorabant librarii rectissime dici: *post paullo.* (12) ᔕ *Eam* I. Z. (13) *Furore plena vocat omnes ad verbera* I. ᔕ *Furore plena vocat omnes, et verbera* C. Z. (13) ᔕ *Proponit gravia verum* I. C. Z. (15) Puto fuisse: *Aliis minare, inquit; me non falles, hera.* (Scribebant: *era*, quod facillime corrumpi poterat in *erte*, *certe*, maxime post litteram *s.*) — *A. m. i. me n. fallis quidem* I. — *Aliis id inque! me non fallis certe, ait* B. — *Aliis minare; me non fallis: certe, ait,* cet. Z.; quae omnia sunt contorta et minime probabilia.

[FAB. XVII.]

GALLUS LECTICA A FELIBUS VECTUS.

Nimiam securitatem saepe in periculum homines ducere.

Feles habebat gallus †lecticarius.
Hunc †gloriosa vulpes ut vidit vehi,
Sic est locuta: Moneo praecaveas dolum:
Istorum vultus namque si consideras,
Praedam portare iudices, non sarcinam.
Postquam esurire coepit †fera societas,
Discerpsit dominum et fecit partes facinoris.

[FAB. XVIII.]

SCROFA PARTURIENS ET LUPUS.

Faciendum prius de homine periculum, quam eius te committas fidei.

†Tremente partu scrofa quum gemeret iacens,
Accurrit lupus et obstetricis partibus
Se posse fungi dixit, promittens opem.
Quae vero nosset †pecoris fraudem improbi,
Suspectum officium repudiavit malefici;
Et, Satis est, inquit, si recedas longius.

Fab. XVII. (1) *lecticarios* Burm. I. Z. (2) *gloriose* Burm. I. Z. (6) ∾ *societas fera* I. — C. in Cod. quum legisset *sera*, reposuit *saeva*; sicque Z.

Fab. XVIII. (1) *Premente* I. C. Z. (3) — *fraudes* C. Z. — *quum nosset* I. Sed prorsus inauditum est *pecoris* nomen lupo datum. Lego *pectoris fraudem*, nisi mavis: *raptoris fraudem*. (8) ∾ *Parens dolori* B. Z.

Fab. XIX. (4) *appellari nomine* I. Z. (5) ∾ *Tuto querela quia apud te deponitur* I. Z. (7) ∾ *Plagae supersunt semper atque alapae mihi* B. Z. — *Pl. s., desunt nunquam verbera.* I. — *Pl.*

Quod si perfidiae se commisisset lupi,
Pari dolore fata deflesset sua.

[FAB. XIX.]

AESOPUS ET SERVUS PROFUGUS.

Non esse malo addendum malum.

Servus profugiens dominum naturae asperae,
Aesopo occurrit notus e vicinia.
Quid tu confusus? Dicam tibi clare, pater;
Hoc namque es dignus appe . . . ri nom . . . ,
†Tuto quia apud te querela deponitur.
Plagae supersunt . . . . b . r . .
Subinde ad v . . . . . m . . . .
Domi si coenat to . . . . . . sto noctibus
Sive aestu vocatus . . . o ad lucem in sem . . .
Emerui libertatem, canus servio.
Ullius essem culpae mihi si conscius,
Aequo animo ferrem; nunquam sum factus satur,
Et super, infelix, saevum patior dom . . . . . .
Has propter caussas et quas longum est pro . . . .
Abire destinavi, quo tulerint pedes.
Ergo, inquit, audi, quum mali nihil fec . . . . . .
Haec experiris, ut refers, incommoda;
Quid, si peccaris? quae te passurum putas?
Tali consilio est à fuga deterritus.

s. semper mihi post verbera C. (7) ∞ *Subinde ad villam curro intentis viribus* B. Z. — *Subinde ad villam mittor servus rusticis* I. apud Zell. (8) ∞ *totis persto n.* Burm. I. C. Z. — *totis praesto n.* Dorvill. I., qui tamen ipse *persto* praetulit. (9) ∞ *Sive est vocatus, vigilo ad lucem in semita* C. Z. — *Sive est vocatus, dego ad lucem in semita* I. (13) Lego: *patior dominium.* — Varia, sed minus feliciter tentavit I. — *perpetior herum:* — *perfero dominum:* — *Et saevum dominum patior infelix super.* — *perpetior domi* B. Z. (14) *promere* I. Z. (16) ∞ *nil feceris* I. Z.

[FAB. XX.]

EQUUS QUADRIGALIS IN PISTRINUM VENUMDATUS.

Ferendum esse aequo animo quidquid acciderit.

Equum †et quadrigam multis palmis nobilem
Abegit quidam et in pistrinum vendidit.
Productus ad bibendum quum foret a molis,
In circum aequales ira conspexit suos,
Ut grata ludis redderent certam . . . .
Lacrimis obortis, Ite felices, ait,
Celebrate sine m . . ursu solemnem diem:
Ego quo scelesta f . . . s . ttraxit manus,
Ibi sorte tristi fata deflebo mea. . . . .

[FAB. XXI.]

URSUS ESURIENS.

Famem acuere animantibus ingenium.

Si quando in silvis urso desunt copiae,
Scopulosum ad littus currit et pndens petr .
Pilosa crura sensim dimittit vado:
Quorum inter villos simul haeserunt canc . .,
In terram arripiens excutit praedam maris
Escaque fruitur passim collecta vafer.
Ergo etiam †stulto acuit ingenium fames.

Fab. XX. (1) ∞ *e quadriga* Burm. I. C. Z. (5) ∞ *laudis* C. Z. (Ibid.) *certamina* I. Z. (7) *sine me cursu* I. Z. (8) *furis abstraxit* B. Z. — *furis attraxit* I.

Fab. XXI. (2) *prendens petram* coniecit Iann. (praeferens tamen in Cod. Per.: — *pendens petra*) sicque (*prendens petram*) etiam C. Iann. in Ed. Phaedri. Z. (3) *demittit* I. Z. (4) ∞ *cancros* C. Z. quem vide. — *Quorum inter villos haesere ut cancri simul* B. (5) ∞ *abripiens* B. Z. — *Intortam adripiens* C. (6) — *vafre* I. (7) *stultis* I. C. Z.

[FAB. XXII.]

VIATOR ET CORVUS.

Verbis saepenumero homines decipi solere.

Quidam per agros d . v . . . carpens . . . r
Ave exaudivit, et moratus paullulum,
Adesse ut vidit neminem, cepit gr . . . . .
Iterum salutat, idem ex occulto sonat:
Voce hospitali co . f . . matus rest . . . . ,
Ut, quisquis esset, par officium recip . . . . ;
Quum circumspectans errore haesisset diu
Et perdidisset tempus aliquot mill . . . ,
Ostendit sese corvus et supervolans
Ave usque ingessit. Tum se lusum intelligens,
†At tibi male sit, inquit, ales pessime,
Qui festinantis sic detinuisti pedes.

[FAB. XXIII.]

PASTOR ET CAPELLA.

Nil occultum esse quod non reveletur.

Pastor capellae cornu baculo fregerat:
Rogare coepit, ne se domino proderet.
Quamvis indigne laesa, reticebo tamen;
Sed res clamabit ipsa, quid deliqueris.

Fab. XXII. (1) ∞ *divitis carpens iter* C. Z. — *devium carpens iter* I. (3) ∞ *coepit gradi* C. Z. — *cepit gradum* I. (4) ∞ *sonus* C. Z. (6) — *reciperet* I. C. ∞ *redderet* Bothius ex Burmanni exemplo. (8) *millium* I. Z. — *tempus aliquod, illico* C. (11) ∞ *At male tibi sit* I. Z.

Fab. XXV. (2) — *invita haec diu* Z. (3) ∞ *Idem, inquit, tu si forte f. c.* B. Z. — *Id, inquit, si dentato f. c.* I. (5) ∞ *eadem cedo* I. Z. (6) *quos lacessam, quis dolosa* C. Z. — *quem l., cui d.* I. (7) ∞ *senectam per tot annos* C. Z. — *Ideo mihi senectam in annos p.* I.

[FAB. XXIV.]

SERPENS ET LACERTA.

Ubi leonis pellis deficit, vulpinam induendam esse, hoc est, ubi deficiunt vires, astu utendum.

Serpens lacertam forte adversam prenderat;
Quam devorare patula quum vellet gula,
Arripuit illa prope iacentem surculum,
Et pertinaci morsu transversum tenens,
Avidum sollerti rictum frenavit mora.
Praedam dimisit ore serpens irritam.

[FAB. XXV.]

CORNIX ET OVIS.

Multos lacessere debiles et cedere fortibus.

Odiosa cornix super ovem consederat;
Quam dorso quum tulisset invita et diu,
I . . . . . it, si . . . . fecisses cani,
Poenas dedisses. Illa contra pessima:
Despicio inermes, . . d . . cedo fortibus;
Scio q . . . lacessam . . . dolosa blandiar.
Ideo senectam . . . . . . annos prorogo.

[FAB. XXVI.]

SERVUS ET DOMINUS.

Nullum maledictum esse gravius conscientia.

Quum servus n . . . . . s . . . . . . m . . . .,
Uxorem domini . . . . puisset sui,

FAB. XXVI. Totam fabellam sic dedere B. Z.: *Nullum est maledictum gravius conscientia. Quum servus noctu simulans se esse ipsum virum, Uxorem domini constupravisset sui, Idque illo sciret clam fore: conscientia, Placet, inquit, tibi, quod nummos non debes? Placet. — Sed non impune, quia animam debes, placet.* Cassittus: — *Nullum maledictum est gravius conscientia. Quum servus nummos simulans quosdam solvere, Uxorem domini constupravisset sui, Idque ille sciret, coram circumstantibus, Placet tibi,*

Idque ille sciret . . . . m circumstantibus:
Places tibi, inq . . . . non debes places.
Sed non impune, qu . . a . . . debes non places.

[FAB. XXVII.]

LUPUS ET BUBULCUS.

Multos verbis blandos esse et pectore infideles.

C . . . . . . torem celeri pede fugeret lepus,
Et a bubulco visus veprem . . reperet,
† Per superos perque spes omnes tuas,
Ne me indices, bubulce: nihil unquam mali
Huic agro feci. Et rusticus: ne † timeret;
Late securus. Iamque venator sequens:
Quaeso, bubulce, numquid huc venit lepus?
Venit, sed abiit hac ad laevam; et dexteram
Demonstrat nutu partem. Venator citus
Non intellexit seque e conspectu abstulit.
Tunc sic bubulcus: Ecquid est gratum tibi,
Quod te celavi? Linguae prorsus non nego
Habere atque agere † me maximas gratias,
Verum oculis, ut priveris opto perfidis.

[FAB. XXVIII.]

MERETRIX ET IUVENIS.

Multa esse iucunda, quae tamen sunt incommoda.

Quum blandiretur iuveni meretrix perfida,
Et ille laesus multis saepe iniuriis,

inquit, quod herae non debes, placet? Sed non impune. Quia mi debes, non placet. Iannellius: — *Quum servus secretam admisisset noxiam, Uxorem domini quod corrupisset sui: Idque ille sciret, coram circumstantibus, Places tibi? inquit: nam quum non debes, places: Sed non impune, quia quum debes, non places.*

Fab. XXVII. (1) *Quum venatorem* I. Z. (Ibid.) ∞ *celeripes* B. Z. (Ibid.) Vel bis in fabula scrib. *lupus* (I.), ut est apud Romulum 4, 3. et Anonymum Nilantii Fab. 50. vel in indice LEPUS. (Z.)

T . . . . et s . s . f . . . . eri.
S . . inf . . . . licet
. . . . . . dant, ego te plurimi facio tamen.
Iuvenis recordans quotiens deceptus foret:
Lubenter, inquit, ... ux, hanc vocem audio,
Non quod fidelis, sed quod iucunda est mihi.

[FAB. XXIX.]

FIBER.

Multi viverent, si salutis gratia parvi facerent fortunas.

Canes effugere quum iam non possit fiber,
Graeci loquaces quem dixerunt castorem,
Et indiderunt bestiae nomen dei,
. . i, qui se iactant verborum copia:
Abripere morsu fertur testiculos sibi,
Quia propter illos sentiat †se peti.
Divina quod ratione fieri non negem.
Venator namque simul invenit remedium,
Omittit ipsum persequi et vocat canes.
Hoc si praestare possent homines, ut suo
Vellent †careret uti posthac viverent:
Haud quisquam insidias nudo faceret corpori.

(2) *irreperet* I. Z. (3) ∞ *Oro per superos* C. Z. = *Per supero...* *oro* I. (5) ∞ *timueris* I. B. Z. — *At rusticus, ne timeas, ...* Burm. (11) — *Tum sic* B. Z. (13) ∞ *maximae me* I. C. Z.

Fab. XXVIII. (3) — *Tandem clamaret sese fidum proteri* B. Z. — *Tamen praeberet sese facilem mulieri* I. (4) — *Sexcentis, in-quit, donis rivales licet* B. Z. — *Sic infidelis: Plures muneribus licet* I. (5) *Contendant* Romulus. I. Z. (7) *mea lux* I. Z. (8) — *es* Iann. susp.

Fab. XXIX. (1) ∞ *iam non potis est* B. Z. (4) — *Illi, qui iactant se* (partim cum Burmanni exemplo) B. Z. ∞ *Hi qui se iactant de v. c.* I. — *Vani qui iactant se* C. (6) *sese* I. C. Z. (9) ∞ *ipse* B. Z. (11) *carere, tuti* I. Z.

Fab. XXX. Zellius sic: *Papilio vespam praetervolantem* (contra metrum) *videns, O sortem indignam! hominum de mente, ait, satus,*

[FAB. XXX.]

PAPILIO ET VESPA.

Non praeteritam, sed praesentem aspiciendam esse fortunam.

Papilio vespam pr . . . . vi . . . . ,
O sortem . . . . d . . . . m . ba . . t . . . s
Quorum ex re . . . . m . os a . . . .
Ego loquens in p . . . , fortis proeliis,
Arte omni princeps . . . . . qualis fui,
En cuncta levitas putris et vol . . . . is.
Tu qui fuisti mulus clitellarius,
Quemcunque visum est laedis infixo acu . . .
Et vespa dignam moribus vocem edi . . .
Non qui fuerimus, sed qui nunc simus, . . de.

[FAB. XXXI.]

TERRANEOLA ET VULPES.

Pravis non esse fidem adhibendam.

Avis, quam dicunt terraneolam rustici,
In terra nidum quia componit scilicet,
Forte † occurrit improbae vulpeculae;
Qua visa pennis altius se sustulit.

Quorum ex reliquiis animum nos accepimus, Ego eloquens in pace, fortis proeliis, Arte omni princeps heu! qualis fui: En cuncta levitas putris et volito cinis cet. Iannellius: *Papilio vespam praetervolitantem videns, O sortem miseram, ductam de barathris, ait: Quorum ex reliquiis animam nos accepimus: Ego eloquens in pace, fortis proeliis, Arte omni princeps, antea qualis fui! En cuncta levitas putris et volito cinis.* Cassittus: — *Papilio vespam proelio invictum videns: O sortem indignam! a mulis membra tu accipis, Quorum excrementis orta; nos ab equo sumus. Ego loquens in paternis, fortis proeliis, Arte omni princeps cogito qualis fui! En cuncta levitas putris et volatilis!* Bothius: — *Papilio vespam proelio fortem videns: O sortem indignam! ab asinis tu membra accipis, Quorum excrementis orta, nos ab equo sumus. Ego laqueis improvisis, fortis proeliis, Arte omni princeps, incido, qualis fui.*

Salve, inquit illa, cur me fugisti, obsecro?
Quasi non abunde sit mihi in prato cibus:
Grilli, scarabaei, locustarum copia:
. . . est quod m . . uas, rogo, te . . . . um diligo.
Propter . s . . tos mores et vitam probam.
Respondit contra: T . . . idem bene praedicas,
Non s . . . . p . . p . . . tibi, sed sum sub dio:
Quin sequ . . et . . . . tibi committo meam.

[XXXII.]

EPILOGUS.

De iis, qui legunt libellum.

Hoc qualecunque est Musa quod ludit mea,
Nequitia pariter laudat et frugalitas;
Sed haec simpliciter: illa tacite irascitur.

En cuncta levitas putris et volatilis! (8) *aculeo* I. Z. (9) *edidit* I. Z. (10) *vide* I. Z.

Fab. XXXI. (3) *occucurrit* I. Z. (6) ∾ *mihi sit* B. (7) ∾ *Quid est, quod metuas* C. Z. — *Non est, quod metuas* I. — *copia Adest: quid metuas? Ego te multum d.* B. (9) Equidem ego suppleo: *Propter mansuetos.* — *Propter quietos* B. Z. — *Propter tam sanctos* C. — *Astutos propter m.* I. (10) Bothius: — *Respondit contra haec: Eu, fidem bene praedicas! Non viribus sum par tibi, sed sum subdola. Quid sequere? Vitam tibi non committo meam.* Cassittus: — *Respondit contra: Tu bene quidem praedicas; Non socia sum propterea tibi, sed subvolo. Quin sequeris praedam? etiam committo meam.* Iannellius: — *Respondit contra: Tu quidem bene praedicas; Non sum tamen propius tibi, sed sum sub dio: Quin sequor, et sic vitam tibi committo meam.*

XXXII. Hoc loco tres versiculos dedit Iannellius. „Apud Cassittum est *Fab.* II. Bothius in limine harum fabularum novarum posuit, Lünemann addidit nomen Prologi." Zellius.

GERMANICI CAESARIS

ARATEA

E CODD. BASIL. BERN. EINSIEDL.

EMENDATA

ET

SUPPLETA.

PRAEFATIO.

Sex adhuc accuratius innotuerunt Codd. horum Arateorum:

I. Susianus, quo Grotius usus est, antiquissimus, literis *capitalibus* scriptus. In eodem Codice alius quispiam, quo commodius tractaret librum scholasticum, Germanici versus literis „*monachalibus*" descripserat, sine ulla mutatione, inquit Grotius; ita tamen, ut ad v. 141. haec annotarit: „Quinque hi versus in Manuscripto αὐτογράφῳ desunt; sed in ea descriptione, quae litera recentiore facta est, deest versus secundus (dumtaxat.)" Suppletum igitur erat apographum istud ex alio codice. Nobis est G.

II. Basileensis*) cum Scholiasta. Index: LIBER ASTRONOMIE CLAUDII CAESARIS. membr. forma quadruplicata foliorum XLV. Sec. IX. Figurae constellationum insunt admodum rudes, calamo delineatae: folia tria a ceteris distinguuntur scriptura Saxonica. Duo tresve primi versus singularum divisionum exaratae sunt plerumque, non tamen semper, literis quadratis. Scriptus esse videtur Fuldae; certe in fine a manu Sec. XIV. haec subscripta sunt:

Honorabili domino ac patri suo (sequitur nota mihi et Faeschio inextricabilis; videtur vel: *L.* vel:

(*) In Haenelii, V. C. *Catalogis Libr. Manuscr.* pag. 658 b. sic refertur: „Claudii Caesaris, Germani, versio Horatii, c. comm.; membr." (omnia sic.)

S.) dei gratia Fuld. ecclesiae abbati Decanus totusque eiusdem Eccl. Conventus paratam ac devotam obedientiam.

Huius praestantissimi libri usum per totum tempus huic qualicunque curae insumptum concessit mihi Gerlachii mei amicitia. Signavi A.

III. Bernensis(*) N. 88. CLAUDII CAESARIS ARATI PHAENOMENA: sine Scholiasta; membr. Sec. X. folio maximo, cum imaginibus coloratis; codex splendidissimus, in usum, ut puto, principis alicuius viri summa cum elegantia exaratus. Hunc dum per ferias autumnales apud Usterium meum Bernae dego, ipse contuli. Nobis est B.

IV. Einsiedlensis(**) N. 338. sine Indice, destitutus Scholiasta et figuris; membr. Sec. XI. forma duodecimplicata, foliorum XXII. diligenter ac nitide scriptus. Huius optimi Codicis usum acceptum fero benignitati Caelestini primi illustrissimi Principis Abbatis Monasterii Einsiedlensis et reverendissimi Patris Meinradi Kaelinii, cui doctissimo viro bibliothecae illius custodia commissa est. Semper hunc quoque in emendando poëta ante oculos habui. Notavi E.

(*) Cfr. Sinneri *Catal. Codd. Bibl. Bern.* Vol. I. p. 278—282.; quem tamen fugit ultimos Cdd. versus ex Avieno assutos esse.

(**) Idem est Codex, qui in Haenelii *Catalogis* p. 663. b. miro errore sic memoratur: „N. 200. Ovidii opera; sec. XI. membr. 4." Nihil autem Ovidii in hoc libro, sed: Boëthii Expositio secunda (sic) in Isagogas Porphyrii. Priscianus de figuris numerorum. Idem de metris fabularum Terentii et aliorum comicorum. Eiusdem Praeexercitamina (sic). Commentarium Rufini V. C. Grammatici Antiochensis in metra Terentiana (Insunt his omnibus Graeca.) Versus Rufini Grammatici de metris Terentii et Plauti et ceterorum. Versus Rufini V. C. litteratoris de compositione et de metris oratorum. (Postremum hoc Rufini opusculum compluribus locis ex egregio Codice emendatum dabo propediem in Scholiastis Ciceronianis.) In fine Codicis sine ullo indice Germanici Aratea. Haec ἰδιώτης aliquis quum Ovidio attribuisset, natus est error in Haenelii Catalogo, in illis omnibus quae attinent ad monasterium Einsiedlense imperfecto et omnis generis vitiis sine viri docti culpa referto.

V. Freibergensis, incertae aetatis, cuius lectiones a viro quodam docto Schwarzianae editioni adscriptas et a Spangenbergio cum Seebodio V. C. communicatas hic inseruit Miscellaneis suis: (*Neues Archiv für Philologie* 2. *Jahrgang* 2. *Heft.* pag. 125. seqq.) Nobis F.

VI. Siciliensis cum Scholiasta et figuris, incertae aetatis. Fortasse etiam nunc Panormi exstat in bibliotheca Senatus, quum Goettlingius V. C. mihi narrarit, ibi a se visa esse Ciceronis Aratea. Huius fidele admodum ἔκτυπον videtur Editio princeps a Victore Pisano sive potius eius praeceptore Georgio Valla curata:

„Hic codex avienii continet epigramma. eiusdem arati phaenomena geographiam carmine heroico et oras maritimas trimetro iambico. germanici quoque et marci tulii (*sic*) arati fragmenta et Sereni versus de variis curandis morbis."

pag. penult.: Hoc opus impressum Venetiis arte et ingenio Antonii de strata Cremonensis. Anno salutis. M. CCCCLXXXVIII. octavo calendas novembres." (Cfr. Ebert N. 1448. Hain N. 2224.)

Fol. h. „Fragmentum arati phaenomenon per germanicum in latinum conversi cum commento nuper in sicilia repertum." Hanc editionem, quam ipse habeo, signavi P.

Iam uno conspectu demonstrabo, quid cum nostra recensione collati et praebeant et omittant Cdd., quos ipse trivi, A, B, E et Editio princeps sive Codex Siciliensis.

Ordo et numerus versuum Editionis nostrae.	Codex Basileensis (A.)	Editio princeps (P.)	Cd. Bernensis (B.)	Cd. Einsiedlensis (E.)
		(Et sic fere Cd. Freib. paucissimis exceptis.)	Et sic fere Co-	dex Grotii G.
Vers. 1—64.	1—64.	1—64.	1—64.	1—64.
65—69.	66—69.	65—69.	Omittit hos 5 v. (Post v. 64. sequuntur v. 90—95. Tum 71—89.)	Omittit hos 5. v. (Post v. 64. sequuntur v. 90—95. Tum 71—89.)
70.	70.	Abest v. 70.	Abest v. 70.	Abest v. 70.
71—82.	71—82.	71—82.	[71—82.]	[71—82.]
83.	83.	83.	Abest v. 83.	Abest v. 83.
84—95.	84—95.	84—95.	[84—95.]	[84—95.]
96.	96.	Abest v. 96.	96.	96.
97.	97.	97.	Abest v. 97.	Abest v. 97.
98—142.	98—142.	98—142.	98—142.	98—142.
143.	143. (Eundem versum et hic habet et post nostrum v. 134.	143. (Eundem versum et hic habet et post nostrum v. 134.)	Abest v. 143.	Abest v. 143.
144—146.	144—146.	144—146.	144—146.	144—146.
147—148.	Bis leguntur in Cd. A.	147—148.	Omittit hoc loco v. 147. (Habet v. 148. interpolatum)	Omittit hoc loco v. 147. (Habet v. 148. interpolatum.)
149.	149.	149.	149. Avieni *Phaenom.* 370 — 374. Eiusd. v. 376—378. Germanici v. 147. Germanici v. 148. et Avieni v. 383. in unum conflatus. Avieni v. 384. Tum v. 388—390. Germanici v. 149.	149. (Omnia ut in B., nisi quod in fine accedit interpolatio memorata in Annotatt. nostris.)
150—156.	150—156.	150—156.	150—156. Absunt a Cd. B. nostri vv. 157—240.	150—156. In hoc codice adsunt.
157—206.	157—206.	157—206.	(Absunt.)	157—206.

Ordo et numerus versuum Ed. nostrae.	Codex Basileensis (A.)	Editio princeps (P.)	Cd. Bernensis (B.)	Cd. Einsiedlensis (E.)
207. 208.	Hi duo versus in unum contracti.	Hi duo versus in unum contracti.	(Absunt.)	207. 208. Post v. 208. sequuntur vv. 224 —247.
209—223.	209—223.	209—223.	(Absunt.)	Tum 209 — 223.
224.	Abest v. 224.	Habet v. 224.	(Abest.)	Habet v. 224.
225—231.	225—231.	225—231.	(Absunt.)	225—231.
232.	232.	Abest v. 232.	(Abest.)	232.
233—240.	233—240.	233—240.	(Absunt.)	233—240.
241—247.	241—247.	241—247.	241—247.	241—247.
248—250.	Absunt vv. 248—250.	Absunt vv. 248—250.	248—250.	248—250.
251—254.	251—254.	251—254.	251—254.	251—254.
255.	Abest v. 255.	Abest v. 255.	Abest v. 255.	Transpositus est v. 255 : quia vv. sic sese excipiunt : (vide supra.) 209—223. 256—268. 248—255.
256. 257.	Absunt hi duo vv. 256. 257.	Absunt hi duo vv. 256. 257.	Adsunt v. 256. 257.	Adsunt v. 256. 257.
258—262.	258—262.	258—262.	258—262.	258—262.
263.	263.	Abest v. 263.	263.	263.
264—266.	264—266.	264—266.	264—266.	264—266.
267.	267.	267.	Abest v. 267.	Abest v. 267.
268.	268.	268.	268.	268.
269.	269.	269.	Transpositus v. 269 post nostrum v. 272.	Abest v. 269.
270—272.	Absunt vv. 270—272.	Absunt vv. 270—272.	Habet vv. 270—272.	Absunt vv. 270—272.
273.	273.	273.	273.	Abest v. 273.
[274.]	274.	274.	274.	Abest v. 274.
275—277.	275—277.	275—277.	275—277.	275—277.
278—280.	Absunt vv. 278—280.	Absunt vv. 278—280.	Habet vv. 278—280.	Habet vv. 278 —280.
281—283.	281—283.	281—283.	281—283.	281—283.
284. 285.	Absunt vv. 284. 285.	Absunt vv. 284. 285.	Habet vv. 184. 285. Tum sequuntur nostri vv. 387—393.	Habet vv. 284—285. Tum sequuntur nostri vv. 387. —393.

[...] et numeri versuum [...] nostrae.	Codex Basileensis (A.)	Editio princeps (P.)	Cd. Bernensis (B.)	Cd. Einsiedlensis E.	[...]bet num[...] [...]ns versus [...] nostrae
			Deinceps 315—320. Postea 286—332. Sequuntur 341—342. cum tribus vv. ex Avieni 747 et 748. interpolatis. Abest v. 343. Sequuntur v. 333—340. Tum 344—386. Absunt vv. 394—445. Sequuntur vv. 446—729.	Deinceps 315—320. (Absunt vv. 286—314 et 321—327.) Sequuntur 328—342. cum tribus vv. ex Avieni 747. et 748. interpolatis. Abest v. 343. Sequuntur vv. 344—386. Absunt vv. 394—413. Sequuntur vv. 414—729.	[...]4—346 [...]7—355 [...]6—358 [...]9—362 [...]3—365 [...]6—371 [...]0—387 [...]3—391 393. [...]4. 395 (Grotii [...] dice.) [...]6—39[...] 400. 401. 402. [...]3—41[...] [...]
286.	Abest v. 286.	Abest v. 286.	Habet v. 286.	Abest v. 286. (et sic usque ad v. 314.)	
287. 288.	Absunt vv. 287. 288.	Absunt v. 287. 288.	Habet vv. 287. 288.	(Absunt.)	
289—299.	289—299.	289—299.	289—299.	(Absunt.)	
300.	300.	300.	Abest v. 300.	(Abest.)	
301—314.	301—314.	301—314.	301—314.	(Absunt.)	
315—317.	Absunt vv. 315—317.	Absunt vv. 315—317.	Habet vv. 315—317.	Habet vv. 315—317.	
318—320.	318—320.	318—320.	318—320.	318—320.	
321—323.	Absunt vv. 321—323.	Absunt vv. 321—323.	Habet v. 321—323.	Absunt vv. 321—327.	
324—327.	324—327.	324—327.	324—327.		
328—330.	Absunt vv. 328—330.	Absunt vv. 328—330.	Habet vv. 328—330.	Habet vv. 328—330.	
331. 332.	331. 332.	331. 332.	331. 332.	331. 332.	
333—335.	Absunt vv. 333—335.	Absunt vv. 333—335.	Habet vv. 333—335.	Habet vv. 333—335.	
336—340.	336—340.	336—340.	336—340.	336—340.	
341.	Abest v. 341.	Abest v. 341.	Habet v. 341. (Hic interpolationes ex Avieno. Vide Annott.)	Habet v. 341. (Hic interpolationes ex Avieno. Vide Annott.)	
342.	342.	342.	342.	342.	
343.	343.	343.	Abest v. 343.	Abest v. 343.	

Ordo et numerus versuum Ed. nostrae.	Codex Basileensis. (A.)	Editio princeps. (P.)	Cd. Bernensis (B.)	Cd. Einsiedlensis. (E.)
344—346.	Absunt vv. 344—346.	Absunt vv. 344—346.	Habet vv. 344—346.	Habet vv. 344—346.
347—355.	347—355.	347—355.	347—355.	347—355.
356—358.	Absunt vv. 356—358.	Absunt vv. 356—358.	Habet vv. 356—358.	Habet vv. 356—358.
359—362.	359—362.	359—362.	359—362.	359—362.
363—365.	Absunt vv. 363—365.	Absunt vv. 363—365.	Habet vv. 363—365.	363—365. (365.367.366)
366—379.	366—379.	366—379.	366—379.	366—379.
380—382.	Absunt vv. 380—382.	Absunt vv. 380—382.	Habet vv. 380—382.	Habet vv. 380—382.
383—392.	383—392.	383—392.	383—392.	383—392.
393.	Abest v. 393.	Abest v. 393.	Habet v. 393.	Habet v. 393.
394. 395. (e Grotii Codice.)	Absunt vv. 394. 395.	Absunt vv. 394. 395.	Absunt vv. 394. 395. et sic usque ad v. 445.	Absunt vv. 394. 395. et sic usque ad v. 413.
396—399.	396—399.	396—399.	(Absunt)	(Absunt)
400.	Abest v. 400.	Habet v. 400.	(Abest)	(Abest)
401.	401.	401.	(Abest)	(Abest)
402.	Abest v. 402.	Habet v. 402.	(Abest)	(Abest)
403—413.	402—413.	402—413.	(Absunt)	(Absunt)
414—416.	Absunt vv. 414—416.	Absunt vv. 414—416.	(Absunt)	Habet vv. 414—416.
417—425.	417—425.	417—425.	(Absunt)	Absunt.
426—428.	Absunt vv. 426—428.	Absunt vv. 426—428.	(Absunt)	Habet vv. 426—428.
429. 430.	429. 430.	429. 430.	(Absunt)	429. 430.
431. 432.	Absunt vv. 431. 432.	Absunt hinc (a versu 431.) omnia usque ad finem Phaenomenon; id quod semel notatur. Idem defectus est Cod. Freibergensis.	(Absunt)	Habet vv. 431. 432.
433.	433.	*	(Abest)	Habet v. 433.
434—436.	Absunt vv. 434—436.	*	(Absunt)	Habet vv. 434—436.
437—439.	437—439.	*	(Absunt)	Habet vv. 437—439.
440—442.	Absunt vv. 440—442.	*	(Absunt)	Habet vv. 440—442.
443—445.	443—445.	*	(Absunt)	Habet vv. 443—445.

Ordo et numerus versuum Ed. nostrae.	Codex Basileensis. (A.)	Editio princeps. (P.)	Cd. Bernensis (B.)	Cd. Einsiedlensis. (E.)
446—458.	446—458.	*	446—458.	446—458.
459—461.	Absunt vv. 459—461.	*	459—461.	459—461.
462—464.	462—464.	*	462—464.	462—464.
465.	Abest v. 465.	*	Habet v. 465.	Habet v. 465.
466—473.	466—473.	*	466—473.	466—473.
[474. 475.]	Absunt vv. 474. 475.	*	Habet vv. 474. 475.	Habet vv. 474. 475.
476—515.	476—515.	*	476—515.	476—515.
516.	Abest v. 516.	*	Habet v. 516.	Habet v. 516.
517—534.	517—534.	*	517—534.	517—534.
535—538.	Absunt vv. 535—538.	*	Habet vv. 535—538.	Habet vv. 535—538.
539—557.	539—557.	*	539—557.	539—557.
558.	Habet v. 558.	*	Abest v. 558.	Abest v. 558.
559—570.	559—570.	*	559—570.	559—570.
571—574.	Habet vv. 571—574.	*	Absunt vv. 571—574.	Absunt vv. 571—574.
575—585.	575—585. Hinc omnia desunt, usque ad Prognosticorum Fragm. II.	*	575—585.	575—585.
586—729.	(Absunt)	*	Habet vv. 586—729.	Habet vv. 586—729.
Prognosticorum Fragm. I. v. 1—28.	Abest hoc Fragm. I.	Abest hoc Fragm. I.	Habet hoc Fragm. I. omissis tamen vv. 13 et 14.	Habet huius Fragm. I. versus omnes.
Prognosticorum Fragm. II.	Habet huius Fragm. II. vv.	Absunt huius Fragm. II. vv. a Cd. Freib. et Ed. principe.	Abest omne hoc Fragm. II.	Abest omne hoc Fragm. II.
1—50.	1—50.	1—50.		
51—162.	Habet hos vv. 51—162. In fine: CLAVDI CAESARIS ARATI PHENOMENA EXPLICIT FELICITER.	Habent Cd. Freib. et Ed. princeps vv. 51—162 Omittit P. v. 110. vv. 125—126: in unum contracti.		

Ordo et numerus versuum Ed. nostrae.	Codex Basileensis (A.)	Editio princeps (P.)	Cd. Bernensis (B.)	Cd. Einsiedlensis (E.)
Prognosticorum Fragm. III. 1—16.	Abest hoc Fragm. III.	Abest hoc Fragm. III.	Habet hoc Fragm. III.	Habet hoc Fragm. III. In utroque Codice et Bern. et Einsiedl. huic fragmento subiunguntur Avieni Prognosticorum vv. 415—436. 443. 444. 447. 544. 551. 552. In Bernensi v. 552. hic versus Christianus assutus: *Vale fidens domino Christi vestitus amore.*
Prognost. Fragm. IV.	Abest.	Abest.	Abest.	Abest.

Omissionum et traiectionum, quibus eruditum atque elegans Germanici poëma iam ante sec. IX. deformatum est, veram causam recte indicavit Grotius, cuius verba nostris subiungemus. Id fortasse addendum erat, Germanico ipso et multo magis eius Scholiasta usos esse ludorum magistros seculorum inter quartum, puto, et duodecimum ad tradenda discipulis astronomiae et mythologiae elementa. Hinc Germanicus partim solus descriptus est modo adiectis figuris modo sine iis, partim una cum interprete vetere, partim huius ipsius cura omissis versibus in compendia et uberiora et breviora est redacta, cuius generis exstant Sangallense duplex et Turicense, de quibus fusius egi in Epistola critica ad Madvigium: hinc pro lubitu haec vel illa resecta ac mirum in modum saepe permixta et interpolata: hinc denique tot a scholasticis librariis errores commissi.

Iam vel ex tabulis a me confectis in oculos incur-

rit, maximam similitudinem intercedere ex una parte inter Cdd. Basileensem, Freibergensem et Siciliensem, qui duo postremi ita in omnibus fere conspirant, ut si Editio princeps expressa esset e Freibergensi, haud multum differret tota eius ratio ab ea, quam nunc ad Siciliensem exacta prae se fert; ex altera autem parte consimiles esse in plerisque Cdd. B, E, G. scilicet longe integriores, nisi quod carent Prognostic. II. vv. 1 — 50. a Basileensi et Puteaneo servatis: tum septem aliis versiculis, quos e Basileensi primus protraxi.

Internam autem indolem singulorum hanc esse perspexi. Totum lectionis genus ubi spectes, optimam inter omnes praebent G et E: immo sunt loci, ubi recentior E devitavit errores Cd. G.; cum quo ipso in pluribus etiam quam E facere solet B; nisi quod alicubi in Bernensi reperiuntur interpolationes ab homine semidocto profectae, quibus liberi sunt G, E. Initio autem Grammaticus aliquis in perlegendo Cod. B. ante oculos habuit Codicem alterius familiae, cuius varietatem quum enotare coepisset, ab ea opera exsequenda nimis cito deterritus est nescio quo fastidio. Cd. Basileensis ab imperito scriba exaratus incredibilibus atque innumerabilibus vitiis obsitus atque omissionibus foede deturpatus, tamen solus interdum aut ipsam veram lectionem aut manifesta eius vestigia servavit, ubi in Cdd. B, E, G sive potius eorundem archetypo vel casu obliterata vel consulto ab interpolatore deformata est. Huius igitur ope haud paucos poëtae locos nunc demum in integrum restitutos videbis.

Iam quum librarius archetypi illius, e quo fluxerunt et Freibergensis, quaecunque demum huius est origo ac patria primaria, et Siciliensis, exscriberet codicem aliquem mancum, sed simillimum Basileensis, vitiis interdum mederi conatus, plerumque turpem sese dedit magisque etiam corrupit, quam emendavit scriptoris

verba: adeo ut hi Cdd. F, P, omnium non solum maxime mutili, sed etiam mendosissimi sint.

Iure igitur meo duas statuo Cdd. familias, alteram BEG, alteram AFP.; prior in primis sequenda est Critico, sed, ubi in peius deflectit ac veluti degenerat, corrigenda ex A. et aliquando e Puteaneo, nunc Cod. Regio N. 7886. itidem Sec. IX., qui Basileensi simillimus esse debet, immo in multis etiam melior, uti coniicere licet e Fragmenti Prognost. II. versibus 1—50. Mihi eius usus negatus erat. In FP eorumque similibus nihil fere est praesidii.

Editiones autem ante Grotianam omnes e principe repetitae sunt sine ullo supplemento e Cdd. hausto, nisi quod unus versiculus Prognosticorum Fragm. II. v. 110. a Pisano omissus, a nescio quo editore Sec. XVI. e codice aliquo Freibergensis, in quo exstat, simili est insertus. Nec quidquam, quod operae pretium sit, in iis emendatum est, pauca illa si exceperis, quae Morelius nec semper prospero successu novavit. Immortalia vero sunt merita Grotii quum propter supplementa e Cd. G. ascita, tum propter emendationes plerumque sagacissimas, quas summo eius ingenio debemus. Nam vix adducor, ut credam, quod Barthius inconsideratius quam malignius effutiit Adverss. Lib. XLVII. c. 18. p. 2222.: „Iosephus Scaliger sine ulla controversia auctor est notarum Grotianarum." Nec defraudandus iusta laude Schwartzius, qui etsi nonnulla audacius tentavit, locos tamen aliquot pessime affectos sanavit. De Buhlio non est quod loquamur. Nihil aliud enim praestitit, quam ut interdum satis perverse Grotii annotationes aut repeteret aut in compendium redigeret(*).

(*) Notandum est g. significare Grotii *contextum*, b. Buhlii *contextum*; persaepe scilicet iudicium in Annotatt. Buhlii prolatum differt ab ipsius contextu: s. est Schwartzius.

Tribus ego praeterea subsidiis carui, editionibus C. F. Schmidii, Halmae, recensione Schaubachii, V. C. Haec postrema asservatur in Bibliotheca Universitatis Lipsiensis atque omnino propter egregias obscuriorum locorum interpretationes dignissima est, quae publici iuris fiat. Verum ante hos tres annos quum in Ciceronis Arateis permissu ipsius Schaubachii et Schaeferi e doctissima illius cura illustrandis occupatus domi eam haberem, nondum nactus tres meos Cdd. praestantissimos de Germanico quoque aliquando edendo minime cogitabam nec quidquam inde tunc temporis excerpsi. Nunc vero ea uti nec potui neque volui; etenim, etsi Viri illi eruditissimi, qua tum fuerunt in me benignitate, eam rursus mecum communicassent, redemptoris tamen rationes minime passae essent, ut integra a me ederetur; et, in eo si substitissem, ut optima quaeque inde seligerem, magnum id toti commentario detrimentum postmodum attulisset.

Quod autem ad Halmae inceptum attinet, ex amico Hauthalio sciscitatus sum, an critici praesidii illi quidpiam inesset. Inspecto libro, quem Turici nemo habet, illico respondit ille aequo animo me eo cariturum, utpote qui ad codices antea ignotos exactus non esset; unam tamen mihi misit emendationem ab Halma excogitatam, utique probabilem (v. 714.) (*) Schmidius quid praestiterit, prorsus ignoro; nusquam enim eius libellum, etsi studiose quaesitum, reperire potui. Bonus si esset, utique notior esset.

Id vero unice propositum mihi fuit, ut Germanici opusculum denuo ad codicum auctoritatem revocarem et probabiliter, quantum nunc licet, emendarem: per-

(*) Haec scilicet dicit editor, cui aditus patebat ad Regiam bibliothecam: pag. 101.: *Je me suis généralement conformé aux corrections de Grotius dans ses* Aratea *et à celles de Bouhle* (sic) *avec quelques restrictions.*" Id est, „Nihil ego feci; etiam Cod. Regium neglexi."

Ordo et numerus versuum Ed. nostrae.	Codex Basileensis (A.)	Editio princeps (P.)	Cd. Bernensis (B.)	Cd. Einsiedlensis (E.)
207. 208.	Hi duo versus in unum contracti.	Hi duo versus in unum contracti.	(Absunt.)	207. 208. Post v. 208. sequuntur vv. 224—247.
209—223.	209—223.	209—223.	(Absunt.)	Tum 209—223.
224.	Abest v. 224.	Habet v. 224.	(Abest.)	Habet v. 224.
225—231.	225—231.	225—231.	(Absunt.)	225—231.
232.	232.	Abest v. 232.	(Abest.)	232.
233—240.	233—240.	233—240.	(Absunt.)	233—240.
241—247.	241—247.	241—247.	241—247.	241—247.
248—250.	Absunt vv. 248—250.	Absunt vv. 248—250.	248—250.	248—250.
251—254.	251—254.	251—254.	251—254.	251—254.
255.	Abest v. 255.	Abest v. 255.	Abest v. 255.	Transpositus est v. 255: quia vv. sic sese excipiunt: (vide supra.) 209—223. 256—268. 248—255.
256. 257.	Absunt hi duo vv. 256. 257.	Absunt hi duo vv. 256. 257.	Adsunt v. 256. 257.	Adsunt v. 256. 257.
258—262.	258—262.	258—262.	258—262.	258—262.
263.	263.	Abest v. 263.	263.	263.
264—266.	264—266.	264—266.	264—266.	264—266.
267.	267.	267.	Abest v. 267.	Abest v. 267.
268.	268.	268.	268.	268.
269.	269.	269.	Transpositus v. 269 post nostrum v. 272.	Abest v. 269.
270—272.	Absunt vv. 270—272.	Absunt vv. 270—272.	Habet vv. 270—272.	Absunt vv. 270—272.
273.	273.	273.	273.	Abest v. 273.
[274.]	274.	274.	274.	Abest v. 274.
275—277.	275—277.	275—277.	275—277.	275—277.
278—280.	Absunt vv. 278—280.	Absunt vv. 278—280.	Habet vv. 278—280.	Habet vv. 278—280.
281—283.	281—283.	281—283.	281—283.	281—283.
284. 285.	Absunt vv. 284. 285.	Absunt vv. 284. 285.	Habet vv. 184. 285. Tum sequuntur nostri vv. 387—393.	Habet vv. 284—285. Tum sequuntur nostri vv. 387—393.

pervenit, acceptum fero; miraberis quidem antiquitatem, sed videbis turpissimos errores, immo saepe tales, in quibus solvendis non parum laborabis. Scriptus ille non litera rotunda monachis usitata, qua codices alii manuscripti minimae antiquitatis sunt exarati; non Longobardica, qua alii mediae vetustatis, sed litera Romana, quam capitalem vocant, multorum seculorum praefert auctoritatem. Scripti in eo sunt versus non coniunctim, sed dispersim, et ita ut singulis paginis quaterni ferme aut quini tantum inscriberentur: quae fuit occasio, ut postea, quum iam usus et cognitio literarum quadratarum exolevisset, alius quispiam spatio vacante eosdem versus nulla mutatione literis monachalibus descripserit. Hic etiam continua series imaginum intertextu dirupta traiectioni locum dedit, quam in notis nostris indicabimus. Immo etiam, quum in Geminis et Cancro fabula deesset, homines insulsi eam ex Avieno emendicatam Germanico inseruerunt, ne quid deesset ad extremam dementiam. Ita illi, dum imaginibus suis consulunt, auctorem conservaverunt quidem, sed ita perdiderunt, ut sui similis non esset. Nos itaque ex editionibus vulgatis et manuscripto unam concinnantes editionem, in singulis versibus eam lectionem secuti sumus, quae verior et commodior visa: aliquando quum neutra vera esset, alterutram elegimus, in notis nostris lectionis veritatem aut ex utriusque commixtione aut ex nostro iudicio prolaturi. Versus superfluos resecuimus; eos, qui deessent, substituimus, sed non ea tamen audacia, ut nobis in omnibus credi postulemus. Quare in notas nostras omnem lectionum varietatem retulimus; eademque de causa nullas aut paucissimas easque certissimas in textum retulimus, sed ad notas reservavimus cet.

GERMANICI CAESARIS

ARATEA

PHAENOMENA.

Ab Iove principium magno deduxit Aratus:
Carminis at nobis, genitor, tu maximus auctor;
Te veneror, tibi sacra fero doctique laboris
Primitias. Probat ipse deûm rectorque satorque.
Quantum etenim possent anni certissima signa,
Qua Sol ardentem Cancrum rapidissimus ambit
Diversasque secat metas gelidi Capricorni,
Quave Aries et Libra aequant divortia lucis,
Si non parta quies, te praeside, puppibus aequor
Cultorique daret terras, procul arma silerent?
Nunc vacat audaces ad caelum tollere vultus
Sideraque et mundi varios cognoscere motus;
Navita quid caveat; quid scitus vitet arator;
Quando ratem ventis aut credat semina terris.
Haec ego dum Latiis conor praedicere Musis,

Vers. (2) Sic cum Grotio, immo cum Cdd. ABE. a nobis ipsis inspectis distinximus; quae ratio poëta utique longe dignior videri debet. Vulgo sic: *Ab Iove principium mugno deduxit Aratus Carminis: at nobis* cet. (5) *possent*] Sic B. (superscripto tamen *i*) EGsb. — *possint* APg. — *possunt* F. (6) *ardente* A. (8) *Quave*] AB. (hic a sec. m.) s. — *queve* B. a pr. m. EP. (— *quaeve* gb.) (9) *parta*] BEGPgsb. — *tanta* A. et sic superscr. in B. (10} *arma*] ABEGgs, — *arva* FPb. (11) — *vocat* P. (contra Cdd. meos.) = *audacis* AE. (Ibid.) *ad caelum*] BEGgs. — *in c.* AFPb. (12) *mundi varios*] ABEGgs. — *varios caeli* b. — om. *mundi* P. (Ibid.) *cognoscere*] AFPb. — *agnoscere* BEGgs. (13) *scitus vitet*] ABEGgsb. — *vitet doctus* FP. (15) *Latiis*] A. firmans g. coni. b. — *latis* BEG. — *laetis* Pgs.

Pax tua tuque adsis nato numenque secundes!
  Cetera, quae toto fulgent vaga sidera mundo,
Indefessa trahit proprio cum pondere caelum.
Axis at immotus semper vestigia servat
Libratasque tenet terras et cardine firmo
Orbem agit. Extremum geminus determinat axem,
Quem Grai dixere polon; pars mersa sub undas
Oceani, pars celsa sub horrifero Aquilone.
  Axem Cretaeae dextra laevaque tuentur
Sive Arctoe seu Romani cognominis Ursae
Plaustrave, quae facies stellarum proxima vero:
Tres temone, rotisque micant sublime quaternae.
Si melius dixisse feras, obversa refulgent
Ora feris; caput alterius super horrida terga
Alterius lucet; pronas rapit axis in ipsos
Declives humeros. Veteri si gratia famae,
Cresia vos tellus aluit, moderator Olympi
Donavit caelo; meritum custodia fecit,

(Ibid.) *conor*] BEGgsb. — *cogor* AFP. (Item in B. superscr.) (16) — *assis* Pgs. (contra meos Cdd.) (18) — *traxit* A. (19) *Axis at immotus*] BEGgsb. — *Ax sisatis motus* A. — *Axis: stat motus* FP. — *Axis sed motus semper vestigia servat* s. suspicio. (22) *Grai*] ABEP. = *Graii* gsb. (Ibid.) *polon*] AFP. = *polum* BEgsb. (*quem dixere polon veteres* F. Codex Barthii.) (Ibid.) *pars mersa*] APgsb. — *quo mersa* B. (superscr. *pars*) EG. (23) — *orrifero* A. (24) — *Axem nam cretae d.* B. (25) *Arctoe*] ABEGgs. = *Arcti* Pb. — *arctous* F. — *romanae cognomis* (sic) P. (26) *Plaustrave, quae*] sb. de g. coni. — *Plaustraque, quae* AB. — *Plaustra queq'* E. — *Plaustra quaeque* G. — *Plaustra vel f.* F. — *Plaustrum vel f.* Pg. (Ibid.) — *stellarum est* b. contra Cdd. (Ibid.) *vero*] BEGgsb. — *vera* AFP. — *verae* Barth. (27) — *polisque* superscr. *rotis* B. (28) — *Simellus* A. Fortasse: *si meliust.* (29) — *capud* A. (Ibid.) *alterius*] APgsb. — *ulterius* EG. Item B., sed correctum. (30) — *relucet* B. (Ibid.) *axis*] BEG. prob. g. — *orbis* APgsb. (31) *Declives*] sb. = *declivis* FP. — *declinis* A. — *declines* BEG. (Ibid.) *veteri si*] de g. coni. sb. — *veteris si* AFPg. — *veteris sic* BE. (Ibid.) *famae*] ABEGsb. — *formae* FPg. (32) *Cresia*] ABEPg. = *Cressia* Fb. — *Ctesia* s. err. typogr. — *habuit* Cd. Barthii. (33) *Donavit*] AEPgsb. — *donabit* G. — *donabat* B. superscr. *vit.* (34) — *Quid* superscr. *o* B. — *fidei* P. — *primo* s. (35) *foverunt*] A(B)b. Schrader *Obss.* p. 56. — *fuderunt* (F.) Pgs. — *tutarunt* Wake-

Quod fidae comites prima incunabula magni
Foverunt Iovis, attonitae quum furta parentis
Aerea pulsantes mendaci cymbala dextra,
Vagitus pueri patrias ne tangeret aures,
Dictaei texere adytis famuli Corybantes.
Hinc Iovis altrices Helice Cynosuraque fulgent.
Dat Grais Helice cursum maioribus astris,
Phoenicas Cynosura regit. Sed candida tota
Et liquido splendore Helice nitet; haud prius ulla,
Quum Sol Oceano fulgentia condidit ora,
Stella micat caelo, septem quam Cresia flammis.
Certior est Cynosura tamen sulcantibus aequor:
Quippe brevis totam fido se cardine vertit
Sidoniamque ratem nunquam spectata fefellit.
  Has inter medias abrupti fluminis instar
Immanis serpens sinuosa volumina versat
Hinc atque hinc superatque illas mirabile monstrum.
Cauda Helicen supra tendit, redit ad Cynosuram

field ad Lucret. 2, 634. — om. hunc vers. G. E. Item B., sed in marg. restitutus est a sec. m., quae item: *foverunt.* (36) — *mendici* superscr. *a* B. (37) = *auris* A. — *auras* P. (38) Sic scripsi cum Schradero l. l. cfr. Commodianum Afrum V., 7. (Iuppiter) *Ex* antro *processit iuvenis furtimque nutritus.* Prius placebat: *Dictaei texere deae* cum Wakefieldio l. l. proxime sane ad lect. Cd. A.: — *dictae aetexere dei famuli corybantes:* poterat etiam tentari *Dictaeae texere deae*, sed omnino post *attonitae-parentis* inferri non debet vel *deae* simpliciter, vel peius etiam *Dictaeae deae*; quocirca ingeniosam Schraderi coniecturam veram esse duco. — *Dictei texere datis* (cum lin.) *famuli chorybantes* EG. Item B., sed v. *datis* superscr. *dei* (et: — *choribantes.*) — *dicta exercent dominae f. c.* F. — *Dictaei exercent dominae f. C.* gb. — *Dicta exercere domine f. C.* P. — *Dictaeae tegerent dominae f. C.* Barthius. — *Dictaei texere Atydis f. C.* de g. coni. s. (39) *Hic* P. contra Cdd. (40) *Grais*] ABEP. = *Graiis* gsb. (Ibid.) *cursum*] BEGgsb. — *cursus* AP. — *cursu* F. (44) *quam*] ABEGsb. — *qua* FP. (Ibidem.) *Cresia*] ABEP. = *Cressia* b — *Ctesia* s. (48) — *ab inter* A. (Ibid.) — *luminis* P. (49) = *Inmanis* A. (Ibid.) *versat*] BEGsb. ∾ *torquet* AFPg. et in B. superscr. Sunt istae in huiuscemodi poëtis Scholasticorum varietates, in quibus ipsa poëtae manus vix distingui potest. Auctoritas utrinque par est. (50) *superatque illas*] Pgsb. — *superat illas* F. — *supraque illas* ABEG. (51) *He-*

Squamigero lapsu; qua desinit ultima cauda,
Hac caput est Helices; flexu comprenditur alto
Serpentis Cynosura; ille explicat amplius orbes
Sublatusque retro maiorem respicit Arcton.
Ardent ingentes oculi, cava tempora claris
Ornantur flammis: mento sedet unicus ignis;
Tempus dexterius quae signat stella Draconis,
Quaeque sedet mento, lucetque novissima cauda,
Extremum qua Helices sidus micat. Hac radiatur
Serpentis declive caput, qua proxima signa
Occasus ortusque uno tanguntur ab orbe.
Oceani tumidis ignotae fluctibus Arctoe,
Semper inocciduis servantes ignibus axem.
  Haud procul Effigies inde est defecta labore;
Non illi nomen, non magni causa laboris:
Dextro namque genu nixus diversaque tendens

licen supra tendit, redit ad] BEGsb. — *Hel. superat tendit at* (sic) A. — *Hel. superat tendit simul ad* FP. In B. verbo *redit* superscr. „vel *penes.*" (52) *squamigero*] ABEgs. — *squammigero* Pb. — — *squamifero* F. (Ibid.) — *quam* G. (53) — *comprachenditur* P. (54) — *Serpentis. Cynosurae ille* Pg. contra meos Cdd. (55) *Arcton*] ABEPgs. = *Arctum* b. (58) *dexterius quae*] APg. — *dexteriusq'* E. — *dexterique'* B. superscr. *us.* — *dexterique* G. — *dexterius qua* de g. coni. sb. Sententia haec: Praeter ceteras splendidae sunt stellae tres; ea, quae sedet mento; ea, quae signat tempus dexterius Draconis, et cauda novissima, ubi micat extremum Helices sidus. (59) *quaeque*] ABE(G.)FPg. — *quaque* de g. coni. sb. (Ibid.) *mento*] ABE G.)FPgb. — *mentum* de g. coni. s. (Ibid.) *lucet novissima* Pb. contra metrum et Cdd. meos. (60) *Extremum qua*] de g. coni. b. — *extremumque* ABE(GF.)Pgs. (Ibid.) — *Helicis* A. — *Helice* F. (Ibid.) *hac radiatur*] de g. coni. s. — *ac rad.* ABE(G.)FPgb. (61) *declive* (F.)Pgsb. — *decline* ABEG. (Ibid.) *qua*] de g. coni. sb. — *quae* AE(G.)FPg. — *sic pr.* B. superscr. *quae.* (62) ∞ *udo* s. coni. Placet. — *tenguntur* P. — *orbe*] de g. coni. sb. — *ore* Cdd. noti et Pg. (63) — *timidis* F. (Ibid.) *Arctoe*] ABE(G.)gs. (— *Arcte* F.) — *Arcti* Pb. (64) *inocciduis*] ABE. (prob. g.) sb. — *in occiduis* FPg. (Ibid.) — *servant ex ign.* s. coni. (65—69.) Hos quinque versus omittunt BEG. Habent AFP. (65) *Effigies inde*] gsb. — *efficiens unde* AFP. (66) — *numen* AFP. (67) *nixus*] Agsb. — *nixu* F. — *nisus* P. (68) *passis*] A. — *pansis* (F.)Pgsb. (69) — *fugit* g. err. typogr. (Ibid.) *laeva*] g. coni. s. — *saeva* AFPg. — *scaeva* „Scriverius e Codice (?)" b.

Brachia, suppliciter passis ad numina palmis,
Serpentis capiti figit vestigia laeva.
Tum fessi subter costas atque ardua terga
Clara Ariadnaeo sacrata est igne Corona:
Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.
Terga nitent stellis: at, qua se vertice tollit,
Succiduis genibus lassum et miserabile sidus,
Hae Ophiuchus erit. Longe caput ante notabis
Et vastos humeros; tum cetera membra sequuntur,
Illis languet honos; humeris manet integer ardor,
Luna etiam pleno mensem quum dividit orbe,
Lux tenuis manibus, per quas elabitur Anguis,
Pressus utraque manu, medium cingens Ophiuchum.
Scorpios ima pedum tangit, sed planta sinistra
In tergo residet, vestigia dextera pendent.
Impar est manibus pondus; nam dextera parvam

Sed nunquam totum per poëma hoc voc. usus est Germanicus. Suspectum est *scaeva* h. l. etiam propter brevem syllabam praecedentem. (70) Hic versus nunc primum accedit e solo Cod. A. (71—89.) Hos versus (omisso v. 83.) exhibent Cdd. BEG. post nostrum v. 95. Habent hoc loco AFP. (71) *Clara Ariadnaeo sacrata est igne*] BEGg. — *Clara Ariadneos sacrata stigne* A. — *Clara Ariadneo propius* q. (?) *stat igne* G. — *Clara Ariadneae* (spatium vacuum) *stat igne* P. — *Clara Ariadneae prope qua stant signa coronae* s. — *Claro Ariadnes qua sacrata est igne* c b. quasi e G. (73) — *nitet* P. (Ibid.) *at qua se vertice*] de g. coni. sb. — *aquas evertice* A. — *ad quas se v.* BEGg. — *a quo se* P. (74) — *succidus* A. (Ibid.) *lassum*] BEb. — *lapsum* APgs. (Ibid.) *miserabile sidus*] BEGgsb. — om. *sidus* AP. (Morel. suppleverat: — *monstrum.*) (75) *Hac*] BEGsb. — *Hic* APg. (— *capud* A. (Ibid.) *notabis*] E. firmans g. coni. sb. — *notabilis* BG. — *nitendo* APg. (De F. non constat inde a v. 71. usque ad v. 86.) (76) — *dum* A. — *secuntur* A. (77) — *honor* P. — *humeris munus* P. (78) *pleno mensem quum dividit*] E. firmans g. lectionem. gsb. — *pleno mense quum div.* BG. — *mensem quum pleno d.* AP. Minime autem probanda coni. Rutgersii in Lectt. Venusinis p. 279. Burm.: *Luna ut iam pleno mensem quum dividit orbe* i. e. „pari splendore ac Luna διχόμηνος." etsi Avienus v. 228.: — *hic tantos humeris vibrantibus ignes Evomit*, ut *pleno quum Luna nitescit in orbe Menstruaque ingenti* iam *tempora dividit ortu.* Scil. Avienus secutus est Scholiastae ad Arat. v. 79. ἰσωποί, Germanicus vero trium recent. Edd. εἰσωποί. (Ibid.) *orbe*] AEgsb. — *orbes* B. — *orbem* P. (81) *Scor-*

Partem anguis retinet, per laevam attollitur omnis,
Quantumque ab laeva distantia Serta notantur,
Erigitur tantum Serpens atque ultima mento
Stella sub aetheria fulget crinita Corona:
At qua se dorso sinuabit lubricus Anguis,
Insigni caelum perfundent lumine Chelae.
Ipsam Helicen sequitur senior baculoque minatur
Sive ille Arctophylax seu Bacchi ob munera caesus
Icarus ereptam pensavit sidere vitam.
Non illi obscurum caput est, non tristia membra;
Sed proprio tamen una micat sub nomine flamma,
Arcturum dixere, sinus qua vincula nodant.
Virginis inde subest facies, cui plena sinistra
Fulget spica manu maturisque ardet aristis.
Quam te, diva, vocem? Tangunt mortalia si te
Carmina nec surdam praebes venerantibus aurem,
Exosa heu! mortale genus, medio mihi cursu
Stabunt quadrupedes et flexis laetus habenis

pios] AE. = *Scorpius* BPgsb. (83) *Impar est*] A. = *Est impar* Pgsb. — *iam* A. — *parva* A. — om. hunc vers. BEG. (84) — *tenet* P. (Ibid.) *laevam*] APgsb. — *laevum* BEG. (85) *ab laeva*] A. = *a laeva* Pgsb. — *ad laevam* BEG. (— *distant ea serta* E.) (86) — *tamen* F. (e quo Cd. nulla varietas notatur a versu 70. usque ad hunc.) (87) *aetheria*] ABEgs. = *aetherea* FPb. (Ibid.) *fulget*] BEGgsb. — *lucet* AFP. (— *crinata* G.) (88) *At qua*] AB. de g. coni. sb. — *Ad qua* EG. — *Ad quam* FPg. (Ibid.) *sinuabit*] ABEG. (prob. g.) sb. — *pervadit* F. — *pervadet* Pg. (89) *Insigni*] BEG. (prob. g.) sb. — *Insignis* A. — *Insignes* FPg. (Ibid.) *perfundent*] As. — *perfundunt* Pgb. (— *pereunde* cum lin. supra *de* BE. — *per eundem* G.) (— *lumina* B.) (90) *Ipsam*] BEGgsb. — *Inde* AFP. (Ibid.) *baculoque*] APgsb. — *iaculoque* BEG. (— *baculo seniorque* P.) (Ibid.) *minantur* A. — *minatus* b. (91) *Sive ille*] EG. (prob. g.) sb. — *Seu ille* B. — *Siuelle* A. — *Se velle* FPg. (Ibid.) *Arctophylax seu Bacchi ob munera caesus*] de g. coni. sb. — *A. seu bacchio munere caesus* EG. — *A. bacchino munere caesus* om. *seu* B. — *A. eu* (sic) *brachio munera ceeus* A. — *A. brachiorum munera cecus* FPg. (Pg.: *caecus*.) (92) — *Icarius* A. — *pensabit* BEG. (Ibid.) *sidere vitam*] BEG. (prob. g.) sb. — *munera ripam* A. — *munere ripam* Fg. — *munere rippam* P. (93) — *cupud* A. (96) — om. hunc versum FP. Habent BEGgsb. (97) — om. hunc versum BEG. Habent AFPgsb. — *spicula manum*

Teque tuumque canam terris venerabile numen.
Aurea pacati regeres quum secula mundi,
Iustitia inviolata malis, placidissima virgo,
Sive illa Astraei genus es, quem fama parentem
Tradidit astrorum, seu vera intercidit aevo
Ortus fama tui, mediis te laeta ferebas
Sublimis populis, nec dedignata subire
Tecta hominum et puros sine crimine, diva, penates,
Iura dabas cultuque novo rude vulgus in omnes
Formabas vitae sinceris artibus usus.
Nondum vesanos rabies nudaverat enses,
Nec consanguineis fuerat discordia nota;
Ignotique maris cursus, †privataque tellus
Grata satis; neque per dubios avidissima ventos
Spes procul amotas fabricata nave petebat
Divitias; fructusque dabat placata colono
Sponte sua tellus; nec parvi terminus agri
Praestabat dominis signo †tutissima rura.

A. (98) — *Qua te* B. (Ibid.) *vocem*] ABEGgsb. — *vocant* FP. — *mortalia siti* B. (100) *cursu*] A(F)Pgsb. — *curru* BEG. (— *mediomine curru* A.) (101) = *quadripedes* BE. — *laetis* b. (103) *regeres*] gsb. — *regeret* ABEGFP. = *saecula* BEgs. — *saeculi* A. (104) — *inviolatam aliis* A. — *virga* A. (105) *Sive illa Astraei genus es*] Sic scripsi de g. coni. — *Sive illa astrei genus est* BEG. (— *Seu illa* B.) — *Sive illa astra etgenus est* A. — *Sive ille astra genus fuerit* F. — *Sive illi astra genus fuerit* P. — *Seu genus Astraei fueris* Morel. gsb. (106) *seu veru*] ABEG. (prob. g.) sb. — *seu vero* g. — *se vero* F. — *severo* P. (Ibid.) *intercidit*] BEgsb. — *intercipit* AFP. (107) — *ferebat* P. — *tela etaferebas* A. (108) — *Sublimem in populis* Barthii susp. — *designata* AP. (non BE.) — *subiret* G. (non BE.) (109) *puros sine crimine, diva, penates*] BGE. (hic *penatis*:) gsb. — *puros sine crimine divu* ultimo voc. omisso A. — *puros mores sine crimine diva* FP. (P.: — *Secta*.) (110) *omnes*] BEGgsb. — *omnem* AFP. (111) *sinceris*] A(F)Ps. — *sinceros* BEGgb. (Ibid.) *usus*] BEGgsb. — *usum* AFP. (112) — *vesuno* A. — *ensis* A. (113) — *consanguinis* A. — *nata* FP. (non ABEG.) (114) ∞ *prouvitaque* s. susp. Veram puto. (115) — *neque pertutos* A. (116) — *navi* A. (Ibid.) *petebat*] de g. coni. sb. — *petebant* ABEPg. (puto etiam GF.) (118) — *terminis* A. (119) — *Praestabant* b. — *dominus* G. Vereor, ne hic lateat ulcus. Nequaquam enim recte dixeris: „terminus praesta-

At postquam argenti crevit deformior aetas,
Rarius invisit maculatas fraudibus urbes,
Seraque ab excelsis descendens montibus, ore
Velato tristique genas abscondita vitta,
Nulliusque larem, nullos adit illa penates.
Tantum quum trepidum vulgus coetusque notavit,
Increpat: O patrum suboles oblita priorum,
Degeneres semper semperque habitura minores,
Quid me, cuius abît usus, per vota vocatis?
Quaerenda est sedes nobis nova: secula vestra
Artibus indomitis tradam scelerique cruento.
Haec effata, super montes abit alite cursu,
Attonitos linquens populos graviora paventes.
Aerea sed postquam proles terris data nec iam

bat dominis *tutissima* rura", pro *tuta;* et v. *signo* ita supervacaneum est. Erantne igitur duo vv., hac sententia: „nec terminus praestabat dominis securam agri possessionem, sed erant sine ullo *signo tutissima rura"?* Cfr. Avieni v. 300. Nisi vero potius pro *tutissima* leg. est *iustissima.* ut Virg. Georg. 2, 460. *iustissima tellus.* Tum v. *praestare* per se positum significabit *gewährleisten*, *guarentire*; nec v. *signo* tam otiosum erit quam in nostra lectione. *iustissimus* autem et *tutissimus* confusum est etiam v. 421. Et hanc equidem coni. praefero. (120) — *crevit argenti* A. (121) *invisit*] Egsb. — *invasit* ABFP. = *urbis* A. (122) — *ab ea descendens* A. (123) *tristique*] g. coni. b. — *tristisque* AFP. — *tristesque* BEG. s. (Ibid.) *vitta*] de g. coni. sb. — *ripa* ABEGFPg. (124) *Nulliusque larem, nullos*] A(F.)P. gb. (— *ratem* F.) ∞ *Nulliusque larem et nullos* vel, quod praestat: *nullosque* s. — *Nullius larem nullos* (*nullus* superscr. o E.) EG. — *Nullus* (sic) *tunc larem nullos* B. — *addit* P. (125) *coetusque notavit*] (F)Pgs. — *coetus notavit* G. — *notavitque coetus* A. — *coetusque notabit* E. — *coetusque notabat* B. — *coetusque vocavit* b. (126) *Increpat: O p.*] ABEgsb. — *Increpito p.* FP. (— *partum* P.) (Ibid.) *suboles*] Ags. = *soboles* BEPb. (127) *Degeneres semper semperque habitura*] BEGgsb. — *Degeneres semperque hab.* A. — *Degeneres habuit semperque hab.* PF. (Ibid.) *minores*] ABEFPb. ∞ *nepotes* gs. Videtur coni. potius quam lectio Cd. G. (128) *Quid me, cuius abît usus, per vota*] BEGgsb. — *Quid me cuius habitus super vocata* A. — *Quid me nunc habitus superet* (*super et* P.) *mala vota* FP. (Ibid.) *vocatis*] AFP. — *precatis* BEGgb. Leg. saltem esset cum s.: ∞ *precaris* scil. *suboles.* (130) *tradam*] ABEG(F.)gs. — *tradat* P. — *student* b. (131) = *montis* A. — *monitus* P. (Ibid.) *abit*] AE(F.)Pgsb. — om. *abit* G. Hinc male suppletum in B.: — *petit.* (132) = *paventis* ABE. (134) *de-*

Semina virtutis vitiis demersa resistunt,
Ferrique invento mens est laetata metallo,
Polluit et taurus mensas assuetus aratro:
Deseruit propere terras iustissima virgo
Et caeli est sortita locum, qua proximus illi
Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.
Virginis at placidae praestanti lumine signat
Stella humeros; Helicen ignis non clarior ambit,
Quique micat cauda quique armum fulget ad ipsum,
Quique priora tenet vestigia quique secunda,
Clunibus hirsutis et qui sua sidera reddit:
Namque aliae, quibus expletur cervixque caputque,
Vatibus ignotae priscis sine honore feruntur.
Qua media est Helice, subiectum respice Cancrum.

mersa] A(F.)Pgsb. — *dimensa* BEG. Post hunc v. inseritur in AFP. v. 143. *Quisque* (— *Quisquis* A.) *priora tenet vestigia quisque* (— *quinque* A.) *secunda*. Abest a BEGgsb. (136) = *adsuetus* BE. (137) *propere* gsb. — *proprie* ABEGP. (138) Necessario scribendum h. l. erat *Et caeli est* (corruptum propter scripturam *coelist*.) Vulgo omittitur *est*: quo vitio scite animadverso, Grotius haud feliciter suspicatus est: *Em caeli sortita* — et Schwartzius: *Caeli sortitura locum* vel: *In stellis sortita locum*. (139) —. *Tardum* F. (Ibid.) *occasum*] (F.)Pgs. — *occasu* ABEGb. (140) *at placidae praestanti*] A(F.)P. (haec *placide*) — *ac placidae praestanti* gbs. — *at placidae praestantis* G. — *a placidae praestantis* E. — *at placide praestantes* B. — *lumina* B. (141) — *Helicenque* FP. (haec om. v. *ignis*.) (Non ABEG.) (142) — *Quidque* - - *quidque* E. Apographum Grotii. — *Quodque* - - *quodque* B. — *Quique micat caudaque armum praefulget* P. Ut nos, A. (F.) In Ms. αὐτογράφῳ Grotii omissi erant quinque vv. 143—147. (143) om. hunc v. BE. Habent A(F.)P. gsb. (144) *et qui*] A(F.)Pgsb. — *et qua* BE. Apographum Grotii. (145) *aliae*] ABE(F.)GPgs. Recte Schwartz supplevit „stellae." — *alii* de g. coni. b. (Ibid.) *expletur*] B. — *expletum* AE(FG.)Pgsb. — *capudque* A. (146) *ignotae*] B(G.)gs. — *ignoti* Eb. — *ignotis* AP. (147. 148.) Bis hos duo versus habet A. ante Scholia et post ea. Utrobique: — *Quam media*. (148) *At capiti suberunt* EGgsb. — *Ad capitis suberunt* B. — *Accipitis suberunt* A. priore loco. — *Accipiti suberunt* A. posteriore loco. — *Ancipitis suberit* FP. — *pars* pro *pes* F. Locum haud interpolatum servarunt AFP. Contra BEG. totum locum inde a v. 146. usque ad v. 150. sic exhibent: (do lectionem E.)

Vatibus ignoti priscis sine honore feruntur.
At capiti suberunt Gemini prolemque Tonantis

At capiti suberunt Gemini. Qua posterior pes,
Horrentesque iubas et fulvum cerne Leonem.
Hunc ubi contigerit Phoebi violentior axis,
Accensa in Cancro iam tum geminabitur aestas;
Tunc lymphae tenues, tunc est tristissima tellus
Et densas laetus segetes bene condit arator.
Ne mihi tunc remis pulset vada caerula puppis;
Dem potius ventis excusso vela rudente
Excipiamque sinu zephyris spirantibus auras.
  Est etiam Aurigae facies, sive Atthide terra
Natus Erichthonius, qui primus sub iuga duxit
Quadrupedes, seu Myrtoas demersus in undas
Myrtilos: hunc potius species in sidere reddit;

Egregiam et proprio post reddita numina caelo:
Nam Lacedaemoniis quum Mars caluisset Aphidnis,
Castora Cecropii tulit inclementia belli
At frater lucemque et fata superstitit aevi
Protinus alternae germanos tempora vitae
Iuppiter attollit caelique in celsa receptans
Aeternae flagrare facis iubet ignibus ambos.
Qua media Helice subiectum respice Cancrum
Qua posterior pes et duro concava dorso
Tegmina curvantur geminas micat ardor in auras
Forma sedet dispar chelarum flamma coruscat
Namque tribus stellis adoletur dextera Cancro.
Laeva duas pigro succendit fomite flammas.
Ora horrentisque iubas et fulvum cerne Leonem.

Cum hac varietate: (vers. 1.) — *ignotae* B(G.) (2) — *Ad capitis* B. Vv. *prolemque Tonantis* petita sunt ex Avieni *Phaen.* v. 370. (3) Avieni v. 371. (4) Avieni v. 372. (5) Avieni v. 373. — *incrementia* B. — omittit hunc v. G., ut videtur. (6) Avieni v. 374. ubi: *superstitis.* — om. hunc v. G. (7) Avieni v. 376. In Avieno est: *tempore.* (8. 9.) Avieni v. 377. 378. (10) Germanici v. 147. — *media est Helice* G. — *media Helicen* B. (11) *Qua posterior pes* (EG.) ex Germanici v. 148. — *Qua pede posterior* B. Vv. *duro concava dorso* ex Avieni v. 383. (12) Avieni v. 384. (13) Avieni v. 388. — *Forma solet* Avien. G. — *Forma solis* B. (14. 15.) Avieni vv. 389. 390. — *succedit* B. (16) Germanici v. 149. — *Ora frementis abhinc tu respice forte viator Horrentisque* (sic) *iubas et fulvum cerne Leonem. Hunc ubi* cet. B. — Germanici: (v. 150) — *contingerit* A. (151) = *iam tunc* PF. (Non ABEG.) — *aetas* A. (152) *Tunc*] A(F)Pgs. — *Hinc* BEGb contra Buhlii ipsius iudicium. (Ibid.) *lymphae*] (F)Pgsb. — *nymphae* ABEG. — *hinc est tr.* b. (153) — *latus* G. — *segentes* A. (Ibid.) *condit*] (F)-

Sic nulli currus, sic ruptis maestus habenis
Perfidia Pelopis raptam gemit Hippodamiam.
Ipse ingens transversus abit laeva Geminorum
Maiorisque Ursae contra delabitur ora.
Numina praeterea secum trahit: una putatur
Nutrix esse Iovis, si vere Iuppiter infans
Ubera Cretaeae mulsit fidissima caprae,
Sidere, quae claro gratum testatur alumnum.
Hanc Auriga humero totam gerit; at manus Hoedos
Ostendit, nautis inimicum sidus, ubi illos
Orbis ab Oceano celsos rapit: haud semel Hoedi
Iactatam videre ratem nautasque paventes
Sparsaque per saevos morientum corpora fluctus.

Pgsb. — *condet* ABE. — *condat* G. — *aratro* A. (154) — *Nemini tunc* A. (Ibid.) *tunc*] APgs. — *tum* BEGb. — *remistu isset* A. (Ibid.) *vada*] BEGgsb. — *vaga* AP. (155) *Dem potius*] APgs. — *Dent potius* b. — *Neu potius* BEG. (Ibid.) *excusso*] BEG. (prob. g.) sb. — *excluso* APg. (Ibid.) *rudente*] EGPgbs. — *rudenti* B. — *ridente* A. (156) *Excipiamque*] APgs. — *Excipiantque* BEGb. (Ibid.) *sinu*] APgs. — *sinus* BEGb. — *auris* A. A v. 151. usque ad v. 156. nulla varietas notatur e Cd. F. (157) Omittit vv. 157—240. Cd. B. (157) *sive Atthide terra*] EGgsb. — *sive* cum defectus signo A.; tum expleta lacuna a manu Sec. XV.: *inclyta forma.* — *sive inclyta forma* FP. (158) — *erythonius* A. — *eryctonius* E. (Ibid.) *qui primus sub iuga*] EGgsb. — *qui tribus sub iuga* A. — *qui currus sub iuga* FP. (159) = *Quadripedes* A. — *mysteas* A. (160) *Myrtilos*] AFP. = *Myrtilus* Egsb. — *sidere aeddit* A. (161) *currus*] A. E. (hic superscr. *s.*) Ggsb. — *cursus* FP. (Ibid.) *ruptis*] EFPb. — *ruttis* A. — *raptis* gs. (162) *Perfidia*] AEgsb. — *perfidiam* FP. — *rattam* A. — *hippodiam* A. — *ippodomiam* E. — *hyppodomia* P. (163) = *traversus* gs. (Ibid.) *abit laeva*] AE-(F)gs. Buhle in Annott. — *adit laeva* G. — *abit laevam* P. — *adit laevam* de g. susp. b. in contextu. (165) — *Numia* A. — *putatus* P. (168) *gratum testatur*] Lactant. *Inst.* 1, 21. AEGgs. — *gratum te gestat* FP. — *Sidere testatur quae claro gratum al.* b. (169) *humero totam gerit; at manus*] FP. firmantes g. susp., qui sic dedit, sed: *ac* pro *at.* (*tortam* mutavit in hac lect. s.) — *umero totam gerit ad manus* A. — *humero portans in manibus* EG. — — *humero portans at manibus* b. in Annott. tamen probans nostram lect. (170) *sidus, ubi illos*] EGgsb. — *sidus sub illos* A. — *sidus in undis* FP. (171) *celsos*] A. firmans s. coni. — *celsus* EFGPgb. (— *Orbis ad* (sic) *oceano celsos* A. — *Orbis oceano celsus* E.) (Ibid.) *haud semel hoedi*] gsb. — *aut s. hoedi* AP. — *ad semel hoedis* EG. (172) = *paventis* Ag. (173) — *ter saevos* A. (174) —

Aurigae pedibus trux adiacet ignea Taurus
Cornua fronte gerens et lucidus ore minaci.
Quamlibet ignarum caeli sua forma docebit,
Et caput et patulae nares et cornua Tauri.
Fronte micant Hyades. Quae cornus flamma sinistri
Summa tenet, subit haec eadem vestigia dextra
Aurigae mediaque ligat compagine divos.
Myrtilos exoritur summo quum fluctibus ore,
Totus cum Tauro lucet; ruit oceano Bos
Ante, super terras quum fulget Myrtilos ore.
Iasides etiam caelum cum coniuge Cepheus
Ascendit totaque domo; quia Iuppiter auctor
Est generis: (prodest maiestas saepe parentis.)
Ipse brevem patulis manibus stat post Cynosuram
Diducto passu: quantum latus a pede dextro
Cepheos extremam tangit Cynosurida caudam,
Tantundem ab laevo distat; minor utraque iungit

atiacet A. — *TEDURUS* A. (175) — *gerent* A. (Ibid.) *ore minaci*] AEGgsb. — *igne m.* FP. (176) *Quamlibet* de g. coni. s. — *Quemlibet* EG(F?)gb. — *Quem liber* AP. — *ignorum* A. (Ibid.) *caeli sua forma*] A. firmans g. coni. sb. — *c. tua forma* EGg. — *c. formando* FP. (Ibid.) *docebit*] EGgsb. — *docebat* AP. (177) — *capud* A. (Ibid.) *patulae*] sic dedi de g. coni. — *patulas* AE(GF)gsb. — *apulus* P. — *navis* A. (178) — *hyadis* E. (Ibid.) *cornus*] EGgsb. — *cornua* AFP. (179) *subit haec eadem*] Agsb. — *subit hac eadem* EG. — *sub haec eadem* P. (180) *ligat*] de g. coni. s. — *ligant* AE(G)FPgb. (— *binos* pro *divos* (Cdd.) g. coni. Sed aliquoties sidera *deos*, *divos* vocat poëta.) (181) *Myrtilos*] AFP. = *Myrtilus* bis Egsb. (Ibid.) *fluctibus*] EG. (prob. g.) sb. — *piscibus* AFPg. (182) — *Tutus* EG. — *cum taurs* (sic) A. Sed vv. 182. 183. a secunda manu, etsi perantiqua, in A. suppleti sunt. (183) Fortasse: *quam fulget.* (184) — *PHAEIVS* (sic) A. — *cephoeus* E. (185) — *qua* EG. — *autor* P. (186) — *prudesti* (sic) A. (187) — *breve* E. — *stans* E. (188) *passu*] EGgsb. — *passim* AFP. (189) *Cepheos*] A. (ut volebat g.) sb. — *Cepheus* Pg. — *cephoeus* E. — *cynosura c.* A. (190) *Tantundem*] (A.)Psb. — *Tantumque* EGg. (Ibid.) *ab laevo*] EGgsb. = *a laevo* FP. (Ibid.) *distat; minor*] AEGFPgs. — *disterminat* de g. coni. b. (— *Tantum demabia evodistat minor* A.) (191) — *cephoeos* E. (Ibid.) *balteus*] AEgs. — *baltheus* Pb. (192) *ac flexum*] de g. coni. b. — *adflexum* AEG. *afflexum* FPg. — *hac flexum* s., ita ut hic v. separetur a sequente. (193) *Cassiepia*] EFP. — *Casiepia* A. — *Cassiepea* gs. — *Cassie-*

Regula Cepheos vestigia. Balteus ambit
Qua latus ac flexum sinuosi respicit Anguis,
Cassiepia virum residet sublimis ad ipsum;
Clara, etiam pernox caelo•quum Luna refulsit,
Sed brevis et paucis decorata in sidere flammis.
Qualis ferratos subicit clavicula dentes,
Succutit et foribus praeducti vincula claustri:
Talis disposita est stellis; ipsa horrida vultu
Sic tendit palmas, ceu sit planctura relictam
Andromedam, meritae non iusta piacula matris.
Nec procul Andromede, totam quam cernere posse
Obscura sub nocte licet: sic emicat ore,
Sic magnis humeris candet nitor. Hanc media ambit
Ignea substricta lucet qua zonula palla;
Sed poenae facies remanet districtaque pandit
Brachia, ceu duri teneantur robore saxi.
Andromedae capiti sonipes superemninet ales,

peia b. (194) *pernox*] gsb. — *pernix* AFP. — *nox* E. (Ibid.) *caelo quum Luna*] AFPgsb. — *cum stellas* EG. (Ibid.) *refulsit*] AEGF. — *refulget* Pgsb. (— *pernox quum stellas Luna refulsït* g. susp.) (195) — *Est brevis* Eg. (— om. *et* E.) (196) *subicit*] AFPb. — *obicit* EGg. — *obici* de g. coni. s. — *dentis* E. (197) *praeducti*] Eb. sicque volebat Oudendorp ad Appul. T. I. p. 651. — *praedicti* Gg. — *praeducit* AFPs. (— *claustra* superscr. *i.* E.) (198) *disposita est stellis*] EGgsb. — *dispositis stellis* AFP. — *orrida* A. (199) *ceu sit*] Pgsb. — *ceu si* AEGF. (200) *meritqe*] AFPs. i. e. quae iniuste poenas luit ob matris culpam. — *meritam* EGgb. (201) *Andromede* APgsb. — *Andromedam* EGF. (Ibid.) *cernere posse*] EGgsb. — *CERNERE NOTV* cum lin. supra lit. *V*. G. — *cernere nondum* FP. (202) — *micat* G. (non E.) (203) *candet nitor*] A. (nisi quod *candit*) EGgsb. — *candor nitet* F. — *candens nitet* P. (Ibid.) *hanc*] EGgsb. — *ac* APF. (204) — *sustricta* A. (Ibid.) *lucet qua*] A. — *lucet quae* EGgs. ∞ *fulget qua* FP. — *talla* A. (205) — *sed pone* E. (Ibid.) *manu* (sic) pro *remanet* F. (Ibid.) *districtaque*] P. — *destrictaque* A. — *distractaque* EGgsb. — *districtaque* (hanc lect. recte defendens) *pendet Brachia* (accusativ.) Wakefield ad Lucret. 5, 1064. (206) *duri*] AEGgs. — *magni* FPb. — *robora* EG. (207) Habent hunc vers. EGgsb. Abest ab AFP. (208) Sic E. (— *radiatque*) Ggsb. — *Andromedae radiatque stella sub ipsa* mance A. — *Andromedae vero radiat qua stella s. i.* ex interpol. FP. Post hunc v. in E. sequitur v. 224. *Inde subest*, omissis h. l. v. 209—223., qui leguntur post v. 247. *Threïcias*,

Vertice et Andromedae radiat quaé stella, sub ipsa
Alvo fulget equi; tres armos et latera aequis
Distinguunt spatiis; capiti tristissima forma
Et cervix sine honore obscuro lumine sordet.
Spumanti mandit sed qua ferus ore lupata,
Et capite et longa cervice insignior exit
Stella nitens, armis lateriqne simillima magno.
Nec totam ille tamen formam per singula reddit:
Primo praestat equum, medio rupta ordine membra
Destituunt visus; rudis inde assurgit imago.
Gorgonis hic proles: in Pierio Helicone,
Vertice quum summo nondum decurreret unda,
Museos fontes dextri pedis ictibus hausit;
Inde liquor genitus nomen tenet Hippucrenes;
†Fontis nomen habet. Sed Pegasus aethere summo
Veloces agitat pennás et sidere gaudet.
  Inde subest Aries, qui longe maxima currens
Orbe suo spatia ad finem non tardius Ursâ

dextram. (209) *Alvo*] EGgsb. — *Albo* AFP. (Ibid.) *equi*] AEGgsb. — *equus* FP. (Ibid.) *armos*] AEGgsb. — *armo* F. — *harmo* P. (Ibid.) *et*] EGgsb. — *ed* A. — *sed* FP. (210) — *Destringunt* A. solus. — *tristristissima* A. (211) *Et*] A(F)P. sb. — *Est* E. — *Ast* Gg. — *obscure* A. (212) *mandit sed qua*] gsb. — *mandet sét quae* A. — *mandit sed quae* FP. — *mandit seque* EG. (Ibid.) *lupata*] (F?) s. — *lupato* AEPb. ∞ *lupatos* g. (213) — *càpiti* EG. (Ibid.) *longa*] EG. (prob. g.) sb. — *longe* APg. (214) — *harmis* P. — *nitent armì* EG. (Ut nos, A(F)Pgsb.) (216) — *primum* g. susp. (Ibid.) *equum: medio rupta*] EGgsb. — *equoammedior apta* (sic) A. — *equo medio rapta* P. — *equo medio rapit* F. (217) *rudis inde assurgit*] EGgsb. — *radiis unde absurgit* A. — *radiis hinc surgit* FP. (218) *hic*] AEGgsb. — *hinc* FP. — *implerio* A. — *imperio* G. (non E.) — *helycone* E. (219) *decurreret*] (F)Pgsb. — *decurret* A. — *discurreret* EG. (220) — *Museos fontis* AE. (221) *dedit* pro *tenet* solus F. (Ibid.) *Hippucrenes*] E. — *Hippocrenes* Gsb. — *Hippocrenem* AFP. — *Hippocrenen* g. (222) *Fontis nomen habet*] EGb. — *Fontes inq. men* (sic) *habent* A. — *Fontes nomen habent* (F?)Pgs. — *Fons id nomen habet* g. susp. Puto fuisse: *Fontis nomen habes* i. e. „scis nunc, lector, unde deductum sit." Hoc quoque languet, sed poëtae fortasse ipsius culpa. — *pesagus* E. (223) = *Velocis* AE. = *pinnas* E. (224) *currens*] EGgsb. — *torrens* FP. Omittit hunc v. A. (225) *Ursâ*] de g. coni. sb. — *Ursae*

Pervenit, et quanto breviore Lycaonis Arctos
Axem actu torquet, tanto pernicior ille
Distantes cornu properat contingere metas.
Clara nec est illi facies nec sidera possunt,
Officiat si Luna, sua virtute nitere.
Sed quaerendus erit zonae e regione micantis
Andromedae; terit hic summi divortia mundi,
Ut Chelae, candens ut balteus Orionis.
Est etiam propiore deum cognoscere signo,
Deltoton si quis — donum hoc spectabile Nili
Divitibus generatum undis — in sede notabit.
Tres illi laterum ductus: aequata duorum
Sunt spatia; unius brevior, sed clarior igne.
Hunc Aries iuxta; medium Deltoton habebit
Inter Lanigeri tergum et Cepheida maestam.
Hunc ultra gemini Pisces; quorum alter in Austros
Tendit, Threïcium Borean petit alter et audit
Stridentes auras, niveus quas procreat Haemus.

EGg. Cetera ut nos. — *Orbe spatia ad finem non tardius uram* (sic) A. — *Orbis: et ad finem spatiis non tardior horam* FP. (226) *quanto breviore*] E. firmans g. coni. s. — *quanto brevior helicaonis* G. — *quando* (sic certe APb.) *graviore* AFPb. — *quanto graviore* g. (227) *Axem actu torquet*] EGgsb. — *Axem actutor quet* (sic) A. — *Axem vel tutor quem* FP. (Ibid.) *pernicior*] AEGgsb. — *gratior* FP. (228) *Distuntes*] E(G.)gsb. = *Distantis* AFP. (Ibid.) *cornu*] AEGFPgb. — *cursu* de g. coni. s. (229) *Clara nec est illi*] AEGgsb. — *Clarave non illi est* FP. (230) *Officiat - - nitere*] AFPgsb. (— *nitire* A.) — *Efficiat - - niteret* EG. (231) — *quaerendum* EG. (Ibid.) *zonae e regione*] Sic dedi de g, coni. — *zonu erigione* (sic) A. — *zonae regione* EG. — *zonae ratione* (F)Pgsb. (232) — *erit* A. (Ibid.) *summi*] EGgsb. — *medii* AF. — Omittit hunc v. P. (233) Sie scripsi. ∞ *candens aut b.* AFPgsb. — *candent ut b.* EG. (234) *signo*] AFPsb. — *motu* EGg. — *meta* s. susp. (235) — *Deltoto* de g. coni. s. — *domum* A. (236) *generatum*] EGgsb. — *zeneratum* A. — *veneratum* FP. — *veneratum Indis* Barthius. (Ibid.) *notabit*] AEGgs. — *notavit* F. — *notarit* Pb. (237) = *Tris* AP. — *ductos* A. — *deorum* EG. (238, *igne*] A. „clarior suo igne est hic brevior ductus." ∞ *ignis* EGFPgsb.; quod etsi defendi potest, habet tamen nescio quam ambiguitatem. (239) — *Huic* EG. — *Hinc* g. (240) — *cephoeida* E. — *Inter ea nigeri tergum etcephei damestam* A. (241) — *Hinc* s. (Ibid.) *austros*] EBGgsb. — *austrum* AFP. (242) *Borean*] E. = *Boream*

Non illis liber cursus, sed vincula cauda
Singula utrumque tenent, uno coëuntia nodo.
Nodum stella premit. Piscis, qui respicit auras
Threïcias, dextram Andromedae cernetur ad ulnam.
  Subter utrumque pedem devotae Virginis ales
Perseos effigies servatae grata puellae.
Moles ipsa viri satis est testata parentem,
Tantus ubique micat, tantum occupat ab Iove caeli.
Dextera sublatae similis prope Cassiepiam
Sublimis fulget; pedibus properare videtur
Et velle aligeris purum aethera findere plantis.
  Poplite sub laevo, Tauri certissima signa,
Pleiades suberunt; brevis et locus occupat omnes;
Nec faciles cerni, nisi quod coëuntia plura
Sidera communem ostendunt ex omnibus ignem.
Septem traduntur numero, sed carpitur una,

Cett. etiam B. (Ibid.) *alter et audit*] EGPgsb. — *alter audit* A. — *altera videt* F. (243) = *Stridentis* ABEg. — *aures* P. — *niveas* gs. contra meos Cdd. (244) — *et vinc.* E. (non AB.) (245) — *Cingula* B. — *tenit* (sic) A. (246) — *Nondum* A. (247) — *Threicia* A. — *Threida* P. (Ibid.) *cernetur*] de g. coni. s. — *cernantur* ABG. — *cernnt'* (sic) E. — *cernuntur* FPgb. (Ibid.) *ad ulnam*] FPgsb. — *ad illam* B. — *ad illum* EG. (248) Omittunt hos tres verss. 248—250. AFP. (251) — *Tantus et ille m.* P. (non AF.) — *occupat Iove* A. (252) *Dextera sublatae similis prope Cassiepiam*] B. (sed *Cassiepia*) EGgs. — *Dextera* (sic) *sublata similis probe* (sic) *Casiepiam* A. — *Dextra sublata similis prope* FP. (— *casiopeum* P.) ∾ *Dextra sublata solium prope Cassiepiae* de g. coni. b. (254) *findere*] BEGgsb. — *tangere* AFP. (Ibid.) *plantis*] ABEGgsb. — *palmis* FP. (255) Habent très vv. 255—257. E. (sed v. 255, transpositum, cum signo tamen correctionis.) Ggsb. Item B. v. 256. 257. omisso v. 255. Omittunt hos tres vv. 255—257. AFP. (256) — *est locus: occupat omnis* g. contra Cdd. meos. (257) — *facile est c.* B. (259) — *se* (sic) *carpitur* A. — *sed capitur* E. (260) — *Deficient* A. — *distingere* A. (261) — *servabit* A. (262) — *Helectra alcioneque celoneque m.* P. (263) Sic de g. coni. s. (*Asterope* placuit Buttmanno ad Arati v. 263. *Καὶ Στερόπη.* Sed etiam Avienus: *Et Sterope.* item Ovidius Fast. 4, 172. *Nam Steropen Marti concubuisse ferunt.* — *Asteropeque et Taygete et mala* (sic) *parente* A. — *Asterope et taygete et mea parentem* EGg. — *Asterope et taygete simul et mea parentem* B. — *Asterope et Taygete simul famosaque Maia* b. interpol. ex Avieno. — om. hunc

Deficiente oculo distinguere corpora parva;
Nomina sed cunctis servavit fida vetustas:
Electra Alcyoneque Celaenoque Meropeque
Ac Sterope et Taygete et Maia parente
Caelifero genitae; si vere sustinet Atlas
Regna Iovis superosque atque ipso pondere gaudet.
Lumine non multis Pleias certaverit astris;
Praecipuo sed honore ostendit tempora bina:
Quum primum agricolam † ventus superimminet auster,
Et quum surgit hiems ponto, fugienda peritis.
Quin etiam Lyra Mercurio dilecta, deorum
† Proli accepta pio caelo nitet ante labore
Devictam effigiem † planta qua erecta sinistra
Tempora laeva premit torti subiecta Draconis.
[Summa genu subversa tenet, qua se Lyra versat.]
Contra spectat avem vel Phoebi qui fuit olim

versum FP. (264) *genitae; si vere*] (F)Psb. — *genitaest vere* A. — *genitas si vero* E. — *genitas si verus* .B. — *genitas si ultro* G. — *genitas, si vere* g. — *alas* A. — *adhlas* B. — *athluns* E. — *athlas* P. (265) — *Regina* (sic) P. — *superoque* P. — *adque* B. (266) *multis*] ABEGgs. — *multo* FPb. (Ibid.) *Pleias*] FPb. = *Plias* ABEgs. (266) Omittunt hunc v. BEG. (267) Sic FPgb. — *ventus super imminet agri* BE. — *ventus super immovet atri* A. ∾ *veniens superimminet aestas* g. susp. (qui parum perspicue annotat: Ms. alieno, ut dixi, loco *aestas* refert.) — *agricolae maturans imminet aestas* Voss. ad Arat. p. 52. — *Quum perit, agricolam vellens superimminet aestas* s. coni. (269) *Et quum*] A(F)Pgsb. — *At quum* BG. — *hiemps* A. (Ibid.) *ponto fugienda* Gb. (prob. g.) — *ponto est fugienda* B. — *portu fugienda* AFPg. prob. Vossio. — *Et quum surgit, hiems ponti fugienda p.* s. coni. — Omittit vv. 269—274. E. — Omittunt vv. 270—272. AFP. (271) Ut sensus saltem aliquis remaneret, servavi (cum b.) Grotii coni. parum probabilem. — *Plurimulum accepte* (*accepta* (?) Gg.) *prohs* (sic) *caelo* BGg. — *deoque Primum affecta sacris cunis*, *nitet* s. coni. (272) — *devinctam* Voss. *Arat.* p. 54. (Ibid.) *planta qua erecta sinistra*] Haec est g. coni. parum probabilis. sb. (sed b.: — *plantaque er.*) — *planta erectaque dextra* Gg. — *plantae erecta quoque dextra* B. (273) *torti*] BGsb. (— *tortis* g.) — *porti* A. — *parti* F. — *parthi* P. (274) Hunc versum h. l. habent ABGFPg. Grotius collocandum censuit post v. nostrum 611., ubi consulto a nobis repetitus est. (Ibid.) *subversa* BGFPg. — *suborsa* A. ∾ *submersa* volebat g. (Ibid.) *versat*] BG. ∾ *volvit* AFP. (275) — *Phoebus* F. (Ibid.)

Cycnus vel Ledae thalamis qui illapsus adulter
Furta Iovis falsa volucer sub imagine texit.
Inter defectum sidus Cycnumque nitentem
Mercurialis habet sedem Lyra; multa videbis
Stellarum vacua in Cycno; multa ignea rursus
Aut medii fulgoris erunt; penna utraque laeta,
Dexterior iuxta regalem Cepheos ulnam,
At laeva fugit instantem sibi Pegason ala.
Piscibus interlucet equi latus; ad caput eius,
Dextra manus latices qua fundit, Aquarius exit.
Quo prior Aegoceros semper properare videtur
Oceano mersus sopitas condere flammas.
Tum brevis occasus ortusque intercipit hora,
Quum sol ambierit metas gelidi Capricorni.
Nam neque perficiet cursus et vota brevis lux,
Et quum terrores auget nox atra marinos,

qui] BGgsb. — *quae* AFP. (276) *Cycnus*] EPb. — *Cygnus* s. — *Cicnus* AB. (Ibid.) *vel Ledae thalamis*] Sic A. (scil. *velle daethalamis:*) omnibus vero literis recte dispositis: BE. firmantes g. coni. sb. — *Cycnus de thalamis candens* FP. — *Cycnus, vel candens thalamis* g. (Ibid.) *illapsus*] de g. coni. sb. — *lapsus* ABEGFPg. (278) Omittunt hos tres vv. 278—280. AFP. Habent BEGgsb. — *cignumque* B. (280) *cycno*] de g. coni. sb. — *cychum* BEGg. (281) — *Haud* F. Morel. g. prob. b. in Annott. — *mediis* P. = *pinna* E. (Ibid.) *laeta*] ABEGFP. i. e. splendida. Arati v. 276. Mosc. Buhle, Buttm. Bekk. τὰ δέ οἱ πτερὰ τετρήχυνται ἀστράσιν. — *lata* gsb. (282) — *cephoeos* E. (283) *At laeva fugit*] AEFPgsb. — *At fulget laeva* B. (*fulget* etiam G.) — *pegasum* P. (284) Magnae hic turbae in Cdd. et Edd. Vide Praefat. Nos Schwartzium secuti sumus. — Omittunt tres vv. 284—286. AFP. (Ibid.) *ad caput*] BE. firmantes emendat. g. sb. — *at caput* Gg. (285) *qua fundit*] gsb. — *qui f.* B. — *quae f.* EG. Post hunc v. 285. BEGg. habent nostros vv. 388. 389. *Nec procul - - Atque imitata*: quorum posteriorem *Atque imitata* h. l. servavit Buhle, deleto priore. Suo loco utrumque omisit. Contra Schwartzius h. l. utrumque omisit; suo loco eosdem retinuit. Cetera suis locis notabimus. (286) Omittit vv. 286—314. E. Habent BG. (Ibid.) *Quum prior Aegoceros*] de g. coni. sb. — *Cum primum Aegocero* BGg. (— *ergo chero* B.) (288) *Tum brevis occasus*] BGgsb. — *TUMBRES OCCASUS* A. — *Imbres occ.* F. — *Hymbres occ.* P. — *ora* AP. (290) *Nam neque*] B. firmans g. coni. s. — *Amneque* G. — *Iam neque* b. ex altera g. susp. (Ibid.) *et vota*] BGgs. — *nec v.* b. coni. (291) — *mox*

Multum clamatos frustra exspectaveris ortus.
Tunc rigor aut rapidus ponto tunc incubat Auster;
Pigra ministeria, et nautis tremor alligat artus.
Sed rationem animi temeraria pectora solvunt:
Nulla dies oritur, quae iam vacua aequora cernat
Puppibus, et semper tumidis ratis innatat undis.
In terra tentare undas iuvat; aspera sed quum
Assultat lateri deprensae spuma carinae,
Tunc alii curvos prospectant litore portus,
Inventasque alii terras pro munere narrant.
Interea exanimat pavidos instantis aquae mons;
Ast alii procul a terra iactantur in alto;
Munit eos breve lignum et fata instantia pellit;
Nam tantum a leto, quantum rate fluctibus, absunt.
  Belligeri Titan magnum quum contigit arcum
Ducentemque ferum simuato spicula nervo,

P. (292) *exspectaveris*] de g. susp. b. — *spectaveris* Ggs. — *spectaberis* B. — *spectaverit* FP. — *spectaverat* A. (293) *rigor*] AFPgsb. — *rigora* G. — *frigora* B. (294) *Pigra*] Agsb. — *igra* G. — *Nigra* B. — *Tarda* FP. (Ibid.) *alligat*] AFP. — *occupat* BGgsb. Sed hoc natum ex praecedentis v. *incubat*. Miro casu eadem varietas apud Lucanum I, 246. *gelidus pavor alligat artus*, alii *occupat*. (295) *Sed rat.*] BGgs. — *E rat.* A. — *Et rat.* FP. — *anni* F. (Ibid.) *solvunt*] B. — *solvent* AFPgsb. (De G. haud constat.) (296) *cernat*] AFPgsb. — *cernant* B. — *cernunt* G. (297) *innatat*] ABGgsb. — *innatet* FP. (298) *In terra*] A. — *Anterrate* cum lin. super syll. *te*. B. — *Inter ratem temptare undas iuba asperas et cum* G. — *Interea tentare* cet. FPgsb. Sed *Interea* prorsus otiosum videtur. Longe praestat lectio Cd. A.: „dum in terra sunt homines cet." In Cd. G. post hunc v. est v. 301. tum 299. omisso v. 300.: qui excidit etiam e Cd. B. rectiorem ceteroqui ordinem servante. (299) = *Adsultat* B. — *Adsaltat* superscr. *u* a rec. m. A. (300) *Tunc alii*] de g. copi. s. — *Tunc alti* AFPgb. (303) *a terra*] BGgsb. — *e terra* AP. (Ibid.) *in alto*] BGgs. — *in altum* AP. (E Cd. F. nihil contra nostram lect. notatur.) (304) *Munit eos*] gs. — *Munit et hos* FPb. — *Munithros* (sic) A. — *Punit eos* BG. (Ibid.) *pellit*] AFPgsb. — *pellunt* BG. (305) *Nam*] ABGgsb. — *Nec* FP. — *loeto* BP. (306) *Belligeri*] de g. coni. sb. — *Belligerum* ABGFPg. (Ibid.) *Titan magnum quum contigit*] BGgsb. — *Titan etiam quum contigit* FP. — *Titan etiam contigit* A. (307) *Ducentemque*] AFPgsb. — *Lucentemque* BG. (Ibid.) *ferum*] BG. (prob. g.) sb. — *ferunt* AFPg. (308) — *clausam* A. —

Iam clausum ratione mare est, iam navita portu
Infestam noctem fugitat longasque tenebras.
Signum erit exoriens nobis tum nocte suprema
Scorpios; ille micat supra freta caerula cauda:
Insequitur gravis Arcus et in lucem magis exit.
Tunc alto Cynosura redit, tunc totus in undas
Mergitur Orion, humeris et vertice Cepheus.
Est etiam, incertum quo cornu missa, Sagitta,
Quam servat Iovis ales; habet miracula nulla,
Si caelum ascendit Iovis armiger; †hic tamen ardum
Unguibus innocuis Phrygium rapuit Ganymeden,
Et telo appositus custos, quum Iuppiter arsit
In puero, luit excidio quem Troia furorem.
Delphin inde brevis lucet iuxta Capricornum,
Paucis sideribus; tulit hic Atlantida Nymphen
In thalamos, Neptune, tuos, miseratus amantem.

tatione P. (309) *fugitat*] A. (ut volebat g.) sb. — *fugiat* BG. — *fugit ad* FPg. (310) *suprema*] AFPgsb. — *superba* BG. (311) *Scorpios*] P. = *Scorpius* Bgsb. — *Scorpio* AF. (Ibid.) *supra*] ABG(F)gs. — *super* Pb. (313) *alto C. redit*] Sic scripsi de g. coni. — *alte C. regit*] BGgs. — *alte C. repit* APb. contra metrum. — *alte C. rapit* F. (nisi subest error.), ut volebat s. — *tum* gs. (non ABFPb.) (313) — *Vergitur* BG. — *Megitur* A. — *Orio numeris* A. — *cephoeus* B. (315) Omittunt tres vv. 315—317. AFP. Habent BEG. (317) *hic tamen ardam*] Sic EGg. corrupte. — *hic tamen arduum* B. — *hic etenim arduum* s. — *is enim arctum* b. Puto fuisse; *hic Catamitum*, cui voc. velut per epexegesin subiungatur *Phrygium Ganymeden.* (sic scribunt EB. = *Ganymedem* APgsb.) (— *Si caelum ascendit tumen arduus armiger*, *hic est. Unguibus is nocuis* g. suspicio partim improbabilis, partim perspicue falsa in vv. *is nocuis.*) (319) *telo*] ABEG. (prob. g.) sb. — *caelo* FPg. (Ibid.) Fortasse. *appositu'st.* cfr. v. 447. (Ibid.) *custos*] AFPgsb. — *cuius* BEG. (Ibid.) *quum*] Sic dedi de g. coni. — *quo* ABEGFPgsb. (320) — *excidium* B. solus. (321) Omittunt tres vv. 321—323. AFP. — Omittit septem vv. 321—327. Cd. E. Habent BG. (Ibid.) *Delphin inde*] de g. coni. sb. — *Delphinus inde* B. — *Delphini inde* Gg. (324) — om. *quae* A. (325) *Borean*] ABg. = *Boream* Psb. = *adsueta* ABg. (326) *declivis*] A(F)Pgsb. — *declinis* BG. — *dicitur* BG. contra A(F)P. (327) — *sentiet ins.* G. (328) Omittunt tres vv. 328—330. AFP. Habent BEG. (Ibid.) *obliquum*] dedi de g. susp. — *obliquo* BEGgsb. (329) *non ulla*] E., ut volebat g sb. — *non nulla* BGg. (330) — *sparsa* - - *flamma* b.

Sidera, quae mundi pars celsior aethere volvit
Quaeque vident Borean ventis assueta serenis,
Diximus. Hinc alius declivis ducitur ordo,
Sentit et insanos obscuris flatibus austros.
Primus in obliquum rapitur sub pectore Tauri
Orion; non ulla magis vicina notabit
Stella virum, sparsae quam toto corpore flammae:
Tale caput, magnisque humeris sic balteus exit,
Sic vagina ensis, pernici sic pede ludit.
Talis ei custos aderit Canis ore timendo;
Ore vomit flammam; membris contemptior ignis:
Sirion hunc Grai proprio sub nomine dicunt.
Quum tetigit Solis radios, accenditur aestas;
Discernitque ortu longe sata: vivida firmat;
At quibus affectae frondes aut languida radix,
Exanimat; nullo gaudet maiusve minusve

— *cum toto* BGg. (— scil. g. *quum toto.*) (331) *Tale*] BEGgsb. — *Tela* AP. — *Stella* F. — *capud* A. (Ibid.) *magnisque humeris*] A(F?)s. — *magnique humeris* EGPg. — *magnique humeri* B. ut volebat g. b. Sed vide Schwartzium. (Ibid.) *exit*] BFGgsb. — *ardet* AFP. (332) *pernici*] ABFPgsb. — *pernicis* EG. (Ibid.) *ludit*] BEG. id est, micat. ∞ *lucet* A. ut volebat g. — *fulget* FPgsb. (333) Omittunt hos tres vv. 333—335. AFP. Habent BEG. (Ibid.) *Talis ei custos*] B. — *Talis et c.* EGgs. — *Talis ei et c.* de g. sententia b. — *Talis ei custos haeret* Voss. ad Arat. p. 66. (334) — *contentior* B. (335) — *Sirium* b. (Ibid.) *Grai*] BE. = *Graii* gsb. (Ibid.) *proprio sub*] BE. firmantes g. coni. sb. — *prio suu* (sic) Gg. (336) — *aestas*] A(F)Pgsb. ∞ *aestus* BE. De G. non satis constat. Sed cfr. v. 150. *Accensa - - geminabitur aestas.* (338) — *A quibus* BE. (Ibid.) Requirebatur hic voc., quod responderet Arati v. 332. ἀναλδέα φυλλιόωσαι, Avieni v. 736. *indiga succi. Exsuccae* autem nimis abibat a scriptura Codd. Hinc dedi coni. mea: *affectae*, infirmae, viribus et succo carentes, proxime ad Cod. A.: — *udstete* (sic:) literae scil. *st* ita ligatae sunt, ut facillime ex lit. *f* potuerint oriri. — *arctatae* (F)Pgs. — *adsuetae* B. — *assuetae* EG. — *assutae* de g. susp. (vix satis Latina) b. — *adstrictae* vel *exsutae* Schwartzii suspiciones, ipsae quoque parum probabiles. (Ibid.) — *ac l.* s. Nescio unde. (Ibid.) *radix*] AFPgs. — *cernis* BEG. — *cervix* de g. susp. b. Sed haud nimis convenit v. proprium *frondes* et tralatum *cervix* sic iuncta. (339) — *Examinat* B. — *maiusve* A. (340) — *speculator* AP. (341) Omittunt v. 341. AFP. Habent BEGg. ita:

Agricola et sidus primo speculatur ab ortu.
 Auritum Leporem sequitur Canis, et fugit ille;
Sic utrumque oritur, sic occidit in freta sidus.
Tu parvum Leporem rimare sub Orione.
 At qua cauda Canis languenti desinit astro,
Fulgent Argoae stellis aplustria puppis;
Puppe etenim trahitur, non recto libera cursu:
Ut quum decurrens inhibet iam navita remos,
Aversamque ratem votis damnatus ad oram
Perligat, optatam cupiens contingere terram:
Sed quae pars violata fuit, coëuntia saxa
Numine Iunonis tutus quum fugit Iason,
Haec micat in caelo: lateri non amplior auctus,
Quam surgit malus. Qua debet reddere proram,

Auritum Leporem sequitur canis et fugit ille:
Urguetur cursu rutili canis ille per aethram:
Sic utrumque oritur, sic occidit in freta sidus.
Parvulus in stellis lepus est quoque; namque ubi magnus
Emicat Orion gemina ad vestigia subter
Volvitur, instantem premit igneo Sirius ore;
At qua cauda Canis languenti desinit astro,
Fulgent Argoae stellis aplustria puppis;
Puppe etenim trahitur, non recto libera cursu.
Ut quum decurrens inhibet iam navita remos cet.

(1) *at fugit* Buhlii susp. (2) = *Urgetur* BGg. — *ethra* B. — *aethera* Gg. (3) Habent AFP. — *in freta sidus*] BEGPgsb. — *infra sidus* A. — *infera sidus* F. Post hunc versum sequitur in A. hic: — *Tu pervum* (superscr. *a*, ut sit: *parvum*) *Leporem primare* (sic) *sub Orione:* in FP.: — *Tu parvum Leporem perpende sub Orione.* Deleverunt hunc v. gsb. tamquam a monacho profectum. Probabiliter, si ineptum illud v. *perpende* ab eius manu esset, qui hunc v. confecit. Sed in Cd. A. corruptela *primare* latet *rimare*, verbum, in quod monachus vix incidisset. Praeterea exprimit Arati v. 338. ποσσὶν δ' Ὠρίωνος ὑπ' ἀμφοτέροισι Λαγωός cet. (7) Post hunc v. in Cd. B. sequuntur v. 333—340. Versus tres 7—9. absunt ab AFP. Habent eos BEG. Iam v. 2. est Avieni v. 749.; quocirca eum omisimus de g. sententia et cum s. Retinuit b. vv. 4. 5. sunt Avieni vv. 747. 748. v. 6. est Avieni v. 750. interpolatus.

(345) — *Fulget et* B. (347) *Ut quum*] ABEGgsb. — *At cum* FP. (Ibid.) ∾ *remis* recte, ut puto, Gronov. et s. (348) — *vatis* A. — *dampnatus* E. — *damnatur* F. (Ibid.) *ad oram*] de g. coni. sb. — *ab ore* ABEGFPg. (349) *Perligat*] de g. coni. b. — *Perlegit*

Intercepta perit nulla sub imagine forma;
Puppis demisso tantum stat roscida clavo.
Haud procul expositam sequitur Nereia Pistris
Andromedam; media est Solis via, quum tamen illa
Terretur monstro pelagi, gaudetque sub axe
Diverso posita et Boreae vicina legente.
Auster Pistrin agit; duo sidera perlegit unum;
Namque Aries supra Pistrin Piscesque feruntur;
Belua sed ponti non multum praeterit Amnem,
Amnem, qui Phaëthonta suas deflevit ad undas,
Postquam patris equos non aequo pondere rexit,
Vulnere reddentem flammas Iovis; hunc, nova silva,
Planxere ignotis maestae Phaëthontides ulnis.
Eridanus medius liquidis interiacet astris.

ABEGFPg. — *Praeligat* Muncker. s. (350) *Sed*] ABEGFP. — *seu* de g. coni. sb. (Ibid.) *quae*] BEG. — *quia* AFPgsb. — *violata fugit* B. Est tamen etiam in nostra lect. nescio quae ἀκυρολογία: non enim proprie *haec pars micat in caelo, quae violata fuit*, sed ea, quae incolumis mansit. Quapropter leg. existimo: *Sed qua pars violata fuit - - hac micat.* (351) — *Numina* B. — *Nomine* F. — *Sumine* P. (Ibid.) *tutus quum fugit*] BEG. (prob. g.) sb. — *tutus confugit* AFPg. (352) *lateri non amplior auctus*] Sic scripsi: „non ultra malum procedit." — *lateri non amplior actus* A. — *lateri* (spatium vacuum) *amplior actus* P. (De F. non constat.) — *lateri non amplius aucta* BEGgb. E s. excidit hic vers. (353) *Quam*] ABEGFPs. — *qua* Morel. gb. (— *maius* BE. — *manus* G.) — *raeddere* A. (355) *roscida*] BEG. (prob. g.) b. — *lucida* AFPgs. — *laevo* G. (non BE.) (356) Omittunt tres vv. 356—358. AFP. Habent BEG. (Ibid.) *Haud*] de g. coni. sb. — *At* BEGg. (Ibid.) *Pistris*] Bgsb. — *pristis* E. Eadem varietas in seqq. (359) *Diverso*] AFPgsb. — *Diversi* BEG. (Ibid.) *legente*] BEGgsb. — *legenti* AFP. (360) *pristin agit*] BEGgsb. — *pristis agit* (non *agens*) AFP. — *pistris agens* g. (Ibid.) — *praelegit* s. coni. (363) Omittunt hos tres vv. 363—365. AFP. Habent BEG. — *phethonta* BE. (265) *Vulnere*] BEGgs. id est, e vulnere suo etiam tunc fumante quasi reddentem, efflantem flammas Iovis. — *Fulmine* de g. coni. b. (366) *maestae*] BEGgsb. — *aduestae* (sic) A. — *adhaesae* F. — *Asiae* P. — *phechonides* A. (Ibid.) *ulnis*] ABEGb. — *ulmis* g. err. typogr. s. — *undis* P. (367) *medius* (— *medii* vel *mediis* F.) *interiacet astris*] AFPgb. (*liquida* astra, i. e. clara, micantia ut v. 42. *liquido splendore.*) — *medius liquidis interiacet undis* de g. sententia s. — *mediis liquidis interiacet undis* E. — *medius liquidis iniacet undis* G. — *mediis liquidis hic iniacet undis* B. Sed *undis*

Huius pars undae laevum terit Orionis
Lapsa pedem, procul ambobus qua Piscibus unus
Vincula connectit nodus, cristam super ipsam
Aequoreae Pistris radians; sunt libera caelo
Sidera, non ullam specie reddentia formam,
Sub Leporis latus, aversam post denique puppim,
Inter et Eridani flexus clavumque carinae;
Atque haec ipsa nota est nullam praebere figuram:
Sunt etenim toto sparsi sine nomine mundo
Inter signa ignes; quibus etsi propria desit
Forma, per appositi noscuntur lumina signi.
Est etiam a geminis diversus Piscibus unus,
Qui Borean fugitat, totus directus in Austros,
Ventre sub Aegoceri, Pistrin conversus ad imam.
Infimus Hydrochoos sed qua vestigia figit,
Sunt aliae stellae, qua caudam belua flectit,

ortum ex v. *ulnis* versus praeced. molestissimum mihi accidit inter illa *suas deflevit ad undas* et haec: *huius pars undae*. Praeterea otiosum est totum istuc *liquidis undis* scil. fluens, et desideramus potius dativum construendum cum v. *interiacet*. In Cd. E. (non in B.) versus sic collocati: 365. 367. 366. (368) *laevum terit*] F., ut v. 232. — *laevum ferit* APg. — *medium tenet O.* EG. — *medium tenet ast O.* B. — *laevum tenet* de g. coni. sb. (369) *ambobus*] de g. coni. b. Necessaria est propter oppositum v. *unus*. — *amotis* ABEGFPgs. (Ibid.) *qua*] de g. coni. sb. — *qui* ABEGFPg. (Ibid.) *unus* de g. coni. b. — *usus* ABEGFPg. — *udus* s. (370) *connectit*] de g. coni. sb. — *coniectit* A. — *coniecit* BEG. — *coniectat* FPg. (371) *Aequoreae Pistris radians*] de g. coni. sb. — *Aequore pristis radians* EG. — *Aequorea pistrix radians* B. — *Aequore pristis adiat* (sic) A. — *Aequore pistris radit* F. — *Aequore pistris adit* Pg. (Ibid.) *sunt libera*] BEGsb. — *sunt libero* A. — *sunt illi libera* FPg. (372) — *nonnullam* APg. (non BE) (Ibid.) *specie*] AFPgsb. — *caelo* BEG. (373) *leporis*] ABEGgsb. — *leporisque* FP. (Ibid.) *aversam*] BEGgsb. — *versam* AFP. (374) *Eridani*] de g. coni. b. — *Eridanum* ABEGFPg. (— *Inter Pistricis* s. coni) (Ibid.) *flexus*] ABEGsb. — *flexusque* FPg. (Ibid.) *clavumque*] BEGsb. — *cavumque*] A(F?)Pg. (375) *nota est nullam*] BEGsb. — *notu si nullam* AF. — *notat: si nullam* Pg. (e scriptura: *notast.*) (Ibid.) *praebere*] AEsb — *praebuere* BG. — *praeferre* F. — *ferre* Pg. (376) *etenim*] de g. coni. sb. — *etiam* ABEGFPg. — *totos* A. (Ibid. *mundo*] A. firmans g. coni. sb. — *mundi* BEGFPg. (377) *quibus etsi propria*] BEGgsb. — *quibus et propria* superscr. a recent. manu *si* A. — *quibus et sua*

Quaque caput Piscis. Media regione locatae
Nullum nomen habent nec causa est nominis ulla;
Sic tenuis cunctis iam paene evanuit ardor.
Nec procul hinc dextra defundit Aquarius undas
Atque imitata cadunt errantis signa liquoris.
E quibus una magis sub cauda flamma relucet
Squamigerae Pistris; pedibus subit altera signi
Fundentis latices. Est et sine honore Corona
Ante Sagittiferi paullum pernicia crura.
Scorpios erecta torquet qua spicula cauda,
Turibulum vicinum Austris sacro igne videbis
Arcturum contra; sed quanto tardius ille
Oceanum occasu tangit, tanto magis artae
Turibuli metae. Vix caelum suspicit, et iam
Praecipiti tractu vastis demittitur undis.
Multa dedit natura homini rata signa salutis

FP. (An leg. *defit?*) (378) *appositi*] A. firmans g. coni. sb. — *oppositi* BEGFPg. (379) Omittunt tres vv. 379—381. AFP. Habent BEG. (Ibid.) *diversus*] sb. — *diversis* BEGg. (380) *fugitat*] de g. coni. sb. — *fugiat* BEGg. (381) — *aegocheri pristim* B. (*pristim* etiam g.) — *aegocheri pristin* E. (382) *Hydrochoos*] A(F)Pgsb. = *Hydrochous* BE. (Ibid.) *sed qua*] FPgsb. — *sed quae* AEG. — *sedque* B. (383) *qua*] BE(GF)Pgsb. — *quae* A. (385) — om. *habent* A. solus. — *habet* P. (Ibid.) *causa est nominis ulla*] BEGgsb. (sed b. male: *causae.*) — *causa si nominis ulla* (*si* pro *st*) A. — *causam nominis ullam* FP. (386) *paene*] A. = *pene* Cett. (387. 388) Hos duos vv. h. l. habent AFPgs. Alieno loco BEG. (vide Praefat.) — Omittit eosdem h. l. Buhle. (Ibid.) *defundit*] ABEGgs. — *diffundit* FP. (388) — *liquores* A. (389) — *Et q.* EG. — *succauda magna r.* A. solus. (390) *Squamigerae pristis* vel *pistris*] A(F gsb. — *Squamigeri pistris* P. — *Squamigeri ustis* BE. — *Squamiger iustis* G. (Ibid.) *signi*] A(F)Pgsb. — *signis* G. — *signa* BE. (392) — *sagitti ferit* (sic) A. (Ibid.) *paullum*] ut volebat g. BEsb. — *paululum* G. — *nullum* AFP. — *multum* Mor. g. (393) Hunc v. h. l. de g. sententiâ collocarunt sb. Alieno loco legitur in GEGg. Abest ab AFP. (Ibid.) *Scorpios*] BE. = *Scorpius* gsb. — *erepta* B. (394) Omittunt vv. 394—413. Cd. E. Omittit vv. 394—445. Cd. B. — Omittunt vv. 394 et 395. AFP. Ergo hi duo soli Cd. G. debentur. (396) — *occasum tanto* G. om. v. *tangit.* (Ibid.) *tanto magis*] Gsb. — *tanto et magis* APg. (De F. non satis constat.) (Ibid.) *artae*] G. ? sb. — *arte* APg. — *arcte* F. Ut nos, leg. proposuit g. (397) *Turibuli*] G. (prob. g.) sb. — *Turi-*

Venturamque notis cladem depellere suasit.
Inter certa licet numeres sub nocte cavenda
Turibulum; nam, si sordebunt cetera caeli
Nubibus obductis, illo splendente, timeto,
Ne pacem pelagi solvat violentior Auster.
Tunc mihi spissentur substricto cornua velo
Et rigidi emittant flatus per inane rudentes.
Quod si deprensae turbavit lintea puppis
Incubuitque sinu laxo, vel mergitur undis
Prona ratis sorbetque inimicum Nerea prora,
Vel si respexit servator Iuppiter, aegre
Ultima persolvunt iactati vota salutis;
Nec metus ante fugit, quam pars effulserit orbis,
Quae Borean caelum spectantibus indicet ortum.
Sunt etiam flammis commissa immania membra
Centauri, capite atque hirsuto pectore et alvo
Subter candentes hominem reddentia Chelas:

bulum g. — *Turibulo* AFP. (Ibid.) *vix*] Gsb. — *vi* A. — *vis* F. — *vim* Pg. (Ibid.) *caelum*] Gs. — *caelo* FPgb. (Ibid.) *suspicit*] Gsb. — *suscipit* APg. (De F. non satis constat.) (398) — *tactu* „Alii" apud g. (Ibid.) *demittitur*] s. — *dimittitur* AFPgb. (400) *notis*] Ggsb. — *novis* F. — *Iovis* P. — Omittit v. 400. A. (401) — *Intercepta l.* F. — *numeris* A. — *numerus* „Alii" apud g. (402) ∾ *tempora caeli* G. prob. Voss. ad Aratum pag. 78. — Omittit v. 402. A. (403) *splendente timeto*] A(F. hic: *timento*) Pb. — *splendenti metuendum* G. — *splendente timendum* de g. coni. s. — *splendore timeto* g. (405) *spissentur*] de g. coni. b. — *siccentur* AGFPgs. (Ibid.) *substricto*] Ggsb. — *abstricto* (sic) A. — *astricto* F. — *astricta* P. (406) *Et rigidi emittant flatus*] Ggsb. — *Erigit temit tant latus* (sic) A. — *Erigant emittantque latus* FP. (407) *deprensae* Ggsb. — *deprensa* AFP. (Ibid.) *turbavit*] APgsb. — *turbabit* GF. (409) *sorbetque*] de g. coni. sb. — *servetque* G. — *solvetque* AFg. — *solvet quae* P. (410) *respexit*] Ggs. — *perspexit* AFPb. (Ibid.) *aegre*] Ggsb. — *aeger* AFP. (411) — *persolvent* b. contra AGFPgs. (Ibid.) *iactati*] de g. coni. sb. — *iactatae* AGFPg. (412) — *effulserit orbis* AFP. (sed F.: *effulxerit*; P.: *effluxerit*) ∾ *perfulserit omnis* Ggsb. (413) *caelum*] AFPgb. et, ut videtur, G. — *caeli* de g. coni. s. (Ibid.) *ortum*] AFP. — *orbem* Ggsb. Quum lectio AFP. per se probabilem praebeat sententiam, in lectionem autem Cd. G. eiusmodi sententia nonnisi coni. *caeli* pro *caelum* inferri possit, equidem illam praetuli. (414) Omittunt vv. tres 414—416 AFP. Habent EG. (415) *pectore et alvo*] sic scripsi.

Inde per ingentes costas, per crura, per armos
Nascitur intacta sonipes sub Virgine. Dextra
Seu praedam e silvis portat seu dona propinquae
Placatura deos, cultor Iovis, admovet Arae:
Hic erit ille pius Chiron, iustissimus omnes
Inter nubigenas et magni doctor Achillis.
Hic humero medium scindens iter aetheris alti,
Si tenuem traxit nubem stellasque recondit,
Toto clarus equo venientes nuntiat Euros.
  Nec procul hinc Hydros trahitur, cui cauda superne
Centaurum lucet; tractu subit ille Leonem;
Pervenit ad Cancrum capite et tria sidera tangit.
Huic primos tortus Crater premit, ulteriores
Vocali rostro Corvus forat; omnia lucent,
Et Corvus pennis et parvo pondere Crater
Et spatio triplicis formatus sideris Hydros.
  Sub Geminis Procyon fulgenti lumine surgit.

— *pectoris alvo* E. — *corpore et alvo* Ggsb. (416) = *candentis* E. (417) = *ingentis* AE. — *harmos* P. (418) — *dextera;* medium *e* puncto notatum. E. — *dexter* A. (419) *praedam e silvis*] FPgsb. — *praedam silvis* AEG. (Ibid.) *propinquae* AE. (ut volebat g.) s. — *propinqua* GPgb. (De F. non satis constat.) (420) — *admonet* G. et margo Codicis E. (421) — *Sic* G. (Ibid.) *Chiron*] AE. = *Chiro* Pgsb. (Ibid.) *iustissimus*] de g. coni. sb. — *tutissimus* AEGFPg. = *omnis* AEFP. (422) — *magno* retento *Achillis* A. (423) *Hic*] AFPgsb: — *Hinc* EG. (Ibid.) *scindens*] Pgsb. — *scandens* AF. — *scandit* EG. (424) *Si*] AEGgsb. — *Sic* FP. (Ibid.) *stellasque*] AEGgsb. — *stellasve* FP. (425) = *venientis* AE. (426) Omittunt tres vv. 426—428. AFP. Habent EG. (Ibid.) *superne*] de g. coni. sb. — *superni* EG. — *sub arma Centauri* s. susp. (427 *tractu*] de g. coni. sb. — *tractus* EGg. (428) — *capiti* E. (Ibid.) *tria*] de g. coni. sb. — *tristia* EGg. (429) *Huic primos tortus*] de g. coni. sb. — *Hic primos ortus* GPg. — *Hic primo est ortus* E. — *Hic primo ortus* A. (De F. non satis constat, nisi quod habet is quoque: *hic.*) = *ulterioris* AGFPg. (non E.) (430) *Voculi*] AEGgsb. — *Vocalis* FP. (Ibid.) *curvus forat; omnia lucent*] EGgsb. (nisi quod b.: — *foras.*) — *corvus foret omnia luet*, superscr. *c*, ut sit: *lucet* A. — *corvi super hydraque lucet* FP. (431) Haec omnia a v. 431 usque ad Fragm. Prognost. II. *Aetherium venit* absunt a Cd. F. et Ed. Principe. Primus edidit Grotius. A Cd. A. absunt h. l. vv. sex 431. 432. et 434—436. (432) *triplicis*] de g. coni. sb. — *triplici* EGg. (433) *fulgenti lumine surgit*] Sic A.

Hic caelo ornatus trahitur noctemque diemque;
Sors sua cuique data est; semel assignata tuentur
Immoti loca nec longo mutantur in aevo.
Quinque aliae stellae diversa lege feruntur
Et proprio motu mundo contraria volvunt
Curricula exceduntque loco et vestigia mutant.
Haud equidem possis alio contingere signo,
Quae divis sedes. Hinc atque hinc saepe videntur
Occasus ortusque. Neque anfractus brevis illis,
Annosasque vias tardus vix perficit orbis.
Hoc opus arcanis si credam postmodo Musis,
Tempus et ipse labor, patiantur fata, docebit,
Signorum partes, quorum praedicta figura est,
Annum expleturi praecidunt quattuor orbes.
Intervalla trium transversus colligat unus.
Nec par est illis spatium; duo namque feruntur

— *fulgentia lumina surgit* E. — *fulgentia sidera surgit* Ggb. — *fulgenti sidere surgit* s. coni. Sed molesta est repetitio v. *sideris*. ∞ *fulgentia lumina pandit* Margo Gd. E. Haec quoque videtur correctio Viri docti potius quam germana poëtae manus. (435) = *adsignata* EGg. (436) *Immoti*] de g. coni. sb. — *In morti* EGg. (437) *Quiq.*] (sic: = *Quinque*) *aliae si stellae* A. Hinc dedi: *Quinque aliae stellae*, ut apud Avienum v. 908. *Quinque itidem stellae*, et Aratum ipsum v. 454. Οἱ δ' ἐπιμὶξ ἄλλοι·πέντ' ἀστέρες. — *At quinque stellae* EGgb. *e* producto ante *st*. — *At quinae stellae* de g. coni. s. — *legiferuntur* (sic) A. (439) — *curriculo* A. (440) Omittit tres vv. 440—442. A. (Ibid.) *possis*] de g. coni. sb. — *possim* E. — *pussim* Gg. (Ibid.) *alio*] EGgb. — *ullo* s. prava coni. (441) *Quae divis sedes*] E. Saepe sic stellas divis annumerat poëta. Arat. v. 457. ἥχι χέονται. — *Quae divisa dies* corrupte Gg. — *Quod diversa via est* de g. coni. b. — *Cuncta invisa quies* s. coni. (Ibid.) *hinc atque hinc*] EGgs. — *hic atque hic* b. (442) *neque*] EGgb. = *nec* s. = *amfractus* E. (443) — *Annonasque* A. — *praeficit* A. (444) *si*] EGgsb. ∞ *an* A. quod quamvis multis blanditurum sit, tamen est ex glossemate. (445) *patiantur*] A. (ut volebat g.) sb. — *patiatur* EGg. — *facta* A. (446) *figura est*] E. = om. *est* BGgsb. — *quorum est praedicta figura* A. (447) — *expleturis* s. (Ibid.) *praecidunt*] s. — *praedicunt* ABEGgb. (448) — *Inter nulla* A. — *tranversus* A. (Ibid.) *colligat*] A. Margo E. Ggsb. — *colligit* BE. (449) *illis*] de g. coni. sb. — *illi* BEGg. — *Nec per* (sic) *stilli* A. a pr. m. — *Nec per se stelli* (sic) A. a sec. m. (Ibid.) *duo namque*] BEGgsb. — *quoniamque* A. (450) *aequales*:

Inter se aequales; duo, quorum est maxima forma;
Et totidem rursum praedictis ante minores.
Hi semper distant; illos communia signa
Committunt; qua se tangunt, pars aequa rotarum
Dividitur, binos ut si qui desecet arcus.
  Dissimilis quintus liquida sub nocte videtur,
Sidera quum reddunt sinceros eminus ignes.
Lactis ei color, et mediis via lucet in umbris.
Lacteus hic orbis nullo minor orbe rotatur.
  Celsior ad Borean qui vergit circulus, altos
Et peragit tractus vicinis haud procul Ursis,
Per Geminos currit medios, vestigia tangit
Aurigae plantamque terit Perseida laevam,
Transversae Andromedae latera utraque persecat actus
† Et totam ab humero dextram: summa ungula pulsu
† Dividit et Sagittiferi medium pernicia crura

duo quorum est maxima] de g. coni. sb. — *aequales quorum est m.* EGg. — *aequales quorum est et m.* A. — *aequales quorum extat m.* B. (451) *totidem rursum*] de g. coni. sb. — *totidem inter se* ABEGg. (452) — *Hiis* A. (Ibid.) *distant*] AB. (ut volebat g.) sb. — *dictant* EGg. (Ibid.) *illos*] AEGgsb. — *illis* B. (453) *qua*] BEGgsb. — *quae* A. (454) *qui*] A. = *quis* Cett. (455) *Dissimilis quintus* (proprie: *quinctus*)] A. — *Dissimilis cunctis* EGgsb. — *Dissimiles cunctis* B. — *videntur* B. (456) — *Sidere* B. = *ignis* A. (457) *Lactis ei color*] BEGgsb. — *Lactis et calor* (sic) A. (Ibid.) *et mediis via lucet*] A. — *est, mediis* (— *medius* E.) *ut lucet* BEGg. — *est, mediis et lucet* de g. coni. sb. (458) *nullo minor*] A. firmans g. coni. sb. — *nullo minus* BEGg. (Ibid.) *rotatur*] BEGgsb. — *rotatu* A. (459) Omittit hos tres vv. 459—461. A. (461) *Per Geminos currit medios*] BEGgsb. — *Per Geminorum humeros currit* g. susp. (462) Totum h. l. corruptum v. 462—475. dedi, quantum fieri poterat, e Cd. A., qui praeter ceteros veritatis vestigia servare videbatur. (Ibid.) *terit*] A. — *tegit* BEGgb — *legit* s. coni. — *persida* A. (Ibid.) *laevum*] AB. (ut volebat g.) sb. — *laeva* EGg. (463) Grotii (= Buhlii) et Schwartzii rationes postmodo iunctim dabo. Hic Cdd. dumtaxat lectiones enoto. *latera utraque persecat actus*] A. — *secat utraque latera tactu* BEG. (464) *Et totam ab humero*] ABEG. Sed legendum cum s. *abs humero*, vel *ex humero*. — *dextram*] BEG. — *dextra* A. (Ibid.) *pulsu*] A. — *cursu* BEGg. (465) Hunc versum non habet A. Ut nos, Cdd. EG. — *Dividit atque sagittiferi pernicia crura* om. v. *medium* B. (466) *Acris equi ferit orbis iter*] A. — *Hinc alius rapit orbis iter* BEGg.

†Acris equi ferit orbis iter: tum candidus ora
Cycnus habet iuxta; cubito lucet super ipsum
Nixa genu facies et primis ignibus Anguis.
Effugit at Virgo: totus Leo, totus in ipso
Cancer; ab aversis omnem secat ille Leonem
Clunibus hirsutique iubam per pectoris exit,
Cancro qua fulgent oculi, ceu regula currat
Per medios, sic divisi latera utraque tangunt:
†[Et Geminis humeros et Tauri ungula dextra
†Radit Ophiuchi humeros vastos fulgere notabis.]
Hunc octo in partes si quis diviserit orbem,
Quinque super terras semper fulgere notabit,

(Ibid.) *tum*] BEG. — *tunc* A. (467) *Cycnus*] E. = *Cygnus* ABG. — *iusta* A. (Ibid.) *cubito*] AEG. — *cubitos* B. (468) *Nixa genu*] EG. — *Nixa genus* A. — *Fixa genu* B. (469) *Effugit at*] BEG. *Et fulgit at* A. (470) *aversis*] de g. coni. sb. — *adversis* ABEGg. (471) *hirsutique*] EG. — *hyrsutisque* B. — *irsutasque* A. (472) *Cancro qua fulgent*] s. coni.; — *Cancro qui fulgent* BEG. — *Cancro fulgentes* A. (Ibid.) *ceu regula currat*] A. — *ceu regula currit* BE. — *cui regula currit* G. (— *illac r. currit* s. coni. — *inter r. currit* b.) (473) *divisi*] B. — *dividit* AEGg. (474. 475.) Hos duos vv. ἀμέτρους habent BEG. sine varietate. Absunt a Cd. A. sine ullo defectus signo. Scilicet hoc in loco adeo elaborarunt Grammatici Seculi IV. et seqq., ut vera Germanici verba restitui omnino nunc non possint. Quae tentata sunt et a Grotio et a Schwartzio hic referam, etsi minime mihi probata:

GROTIUS.

Per Geminorum humeros currit, vestigia tangit
Aurigae plantamque tegit Perseida laevam,
Transversae Andromedae secat et latera utraque tactu
Et totam absque humero dextram: tum candidus ora
Cycnus habet pariterque Feri pernicia crura.
Hac Ophiuchi humeros vastos fulgere notabis.
Effugit at Virgo: totus Leo, totus in ipso
Cancer; ab aversis omnem secat ille Leonem
Clunibus hirsutique iubam per pectoris exit.
Cancro qui fulgent oculi inter regula currit.
Hunc octo, cet.

SCHWARTZIUS.

Per geminos currit medios, vestigia tangit
Aurigae plantamque legit Perseida laevam.
Transversae Andromedae secat utraque tempora tactu
Et tortam abs humero dextram: summa ungula cursum
Didit ab aligeri medio in pernicia crura.

Abdi tres undis levibusque latere sub umbris.
Hoc Cancrum tetigit quum Titan orbe, timeto
Aestatem rapidam et solventes corpora morbos.
Tunc habet aeterni cursus fastigia summa,
Erectoque polo brevius non applicat unquam
Candentes currus. Adverso nititur orbe,
Dum tangat metas; pronus devolvitur inde.
  Hic Boreae propior; contrarius excipit Austros;
Aegoceros metas hiemis glacialibus Austris,
Aestatisque tenet flagrantia sidera Cancer.
Hoc medium sidus findit devexior orbis;
Fundentis latices genua implicat; illigat illum

Hinc alius rapit orbis iter. Tum candidus ora
Cygnus habet: iuxta cubito lucet super ipsum
Nixa genu facies et primis ignibus Anguis.
Effugit at Virgo: totus Leo, totus in ipso
Cancer; ab aversis omnem secat iste Leonem
Clunibus hirsutique iubam per pectoris exit.
[Per medios; sic dividit latera utraque tangunt:
Et Geminis humeros et Tauri ungula dextra
Radit Ophiuchi humeros vastos fulgere notabis.]

v. 6. Schwartzius leg. censet: *Hinc albus.* (477) *notabit*] ABEsb. — *notubis* Gg. (478) *Abdi tres undis levibusque*] BEG. (sed G.: *abdit*, quod g. in contextu retinuit, in annot. correxit.) gsb. — *Adiutrix umbris* (sic) *brevibusque* A. *Brevibusque* haud prorsus displicet. (479) — *Cancro* b. — *timete* A. (480) Lege: *rabidam.* = *solventis* ABEGg. (481) *aeterni*] ABEGg. — *aetherii* de g. coni. haud necessaria (cfr. v. 523.) sb. (Ibid.) *cursus*] A. firmans g. coni. sb. — *custos* BEGg. (482) *brevius*] A. — *brevibus* BEGg. — *Phoebus* (de g. coni. parum apta post proxime praecedens *Titan*:) sb. Puto fuisse *propius.* (Ibid.) *unquam*] A. (firmans coni. g.) b. — *unum* BEGg. — *ultra* s. coni. (483) = *Candentis* ABEGg. (Ibid.) *currus*] E. firmans emendat. g. sb. — *cursus* ABG. (Ibid.) *adverso*] A. (firmans emendat g) sb. — *averso* BEGg. (484) — *tangant* g. — *proneus* A. sed correctum. (485) *Hic*] de g. coni. sb. — *Hinc* ABEGg. — *propior* E. a pr. m., ut volebat g. sb. — *proprior* E a sec. m. ABGg. (486 *Aegoceros*] A. (ut volebat g.) sb. — *Aegocero* Gg. — *Ego chero* (divise) E. — *Ergo chero* B. (487) *flagrantia sidera*] A. firmans g. emendationem. s. — *fraglanti* (sic) *sidera* B. — *flagranti sidere* Eb. — *fraglanti sidere* G. — *flagranti sidera* g. (488) Hunc v. praeponendum versui 487. censebat Grotius. „Sed propter partic. *que* assentiri nos Grotio non possumus. *Hoc*, ut saepe alibi, ita hîc quoque remotius spectat." Schwartz. — *divexior* B. (489) *illigat*] G? gsb. ∞ *alligat* ABE. (490) *pistris*] B. — *pristis* EG-

Intorta Pistris cauda; velocia crura
Contingit Leporis, Canis alvum desecat imam;
Desecat et sacrae speciosa aplustria puppis
Centaurique humeros et Scorpion ultima cauda
Spicula torquentem; magnus micat arcus in illo.
Inde Austro propior Sol est Aquilone relicto
Et gelidas hiemes hebetato lumine portat.
Huius três caelo partes assurgere cernes,
Quinque latent undis et longa in nocte feruntur.
Hos inter medius nullo minor orbis agetur,
In quo quum Phoebus radiatos extulit ignés,
Dividit aequali spatio noctemque diemque.
Bis redit haec facies, librato sidere, mundo,
Quum ver fecundum surgit, quum deficit aestas;
Signa Aries Taurusque aequo tanguntur ab orbe;
Sed princeps Aries totus fulgebit in illo,
Tauri armum subit et flexi duo sidera cruris.

gsb. — *pristi* A. (491) *Contingit Leporis; Canis alvum desecat imam*] Sic A., nisi quod: — *contigit* et *album.* — *Contigit* (— *configit* g.) *Leporis, Canem iam desecat imum* Gg. — *Contegit* (sic) *et Leporis, Canem iam desecat imum* E. — *Contigerit Leporis, Canem iam desecat imum* B. — *Contingit Canis et Leporem iam desecat imum* de g. coni. b. — *Contingit Leporis, Canis et iam desecat imum* s. coni. (492) *sacrae speciosa aplustria*] AE. (ut emendavit g.) sb. — *sacra speciosae plustria* BGg. (493) — *Scorpium* b. (494) *micat arcus in illo*] A. (firmans coni. g.) sb. — *micat in illo* om. voc. controverso E. — *micat orbis in illo* BGg. (495) — *proprior* A. (496) — *hiemp* (sic) A. (497) — *Huius praes* (sic) A. = *adsurgere* AEB. (hic a pr. m.) g. — *cernis* A. (non BEG.) (498) *longa in nocte*] A. — *longa nocte* BEGgsb. (499) — *medios* A. (non BEG.) (Ibid.) *agetur*] BE. — *orbis* (rasura) *agentur* (sic) A. — *habetur* G? gsb. (500) — *In quocumque Ph.* E. solus. (Ibid.) *radiatos*] BEgsb. — *r d atos* (sic) G. — *radios* A. (Ibid.) *extulit*] BEGgsb. — *intulit* A. (502) *librato sidere, mundo*] s. coni. — *librato sidere mundi* BEGgb. — *libato sidera* (sic) *mundi* A. — *librato pondere mundi* g. susp. (503) — *vere* A. — *fecundus* B. (504) — *taurus quae quo* A. (Ibid.) *orbe*] ABGgsb. — *ore* E. (505) *totus fulgebit in illo*] A., sed a pr. manu: — *totos.* — *toto fulgebit in orbe* BEGgsb. (506) — *subiit* A. (507) *At*] gsb. — *Ad* ABEG. (508) *Hydri et Crateram*] BEGgb. (sed b. — *craterem.*) — *Hydri et Cratera* A. — *Hydres ad Cratera* contra metrum in v. *levem* s. coni. (Ibid.) *ferentis*] A. scilicet *Crateram.*

At medium Oriona secat spiramque priorem
Hydri et Crateram lêvem Corvique ferentis
Ultima, deficiunt nigra qua sidera cauda.
Illic et Chelas transverso lumine quaeres
Et celsi partem Anguis et a medio Ophiuchum,
Nec procul inde Aquilam; toto capite incubat ardens
Pegasus et longae spatio cervicis inhaeret.
Hos orbes, quorum tractus et signa docemus,
Rectus per medios decurrens traicit axis.
Tres intervallis paribus sine fine rotantur,
Nec mutare vias possunt nec iungere sulcos.
Quartus in obliquum tres unus colligat orbes:
Partibus extremis diversos implicat; unum
Inter utrumque secat medium desectus ab illo.
Non si Palladia doctus formaret ab arte,
Distantes orbes melius religasset ab uno.
Sed tribus idem ortus omni nascuntur ab aevo

— *querentis* BEGgsb. — *gerentis* g. susp. (509) — *Ultimi* b. (Ibid.) *qua*] ABEGgs. — *quae* b. (510) — *quaerens* A. (511) *Et celsi partem Anguis et a medio Ophiuchum*] Sic, deleto v. interpolato s. — *Et celsi mediam partem Anguis et a medio Ophiuchum* ABEGg. — *Hic etiam celsi genua adspicies Ophiuchi* de g. coni. b. (512) *Aquilam; toto*] A. — *Aquila toto* BEGg. — *Aquila; at toto* de g. coni. sb. (513) *longae*] Egsb. — *longe* ABG. (514) = *orbis* A. (Ibid.) *quorum tractus*] de g. coni. sb. — *quorum actus* BEGg. — *quorumq. apius* (sic) A. (Ibid.) *Docemus*] BEGgsb. ∞ *notamus* A. (515) *Rectus*] BEGgsb. — *Relictus* A. — *Rectos* Voss. ad Arati v. 525. Τοὺς μὲν παρβολάδην ὀρθοὺς περιβάλλεται ἄξων. (Ibid.) *decurrens traicit*] BEGgsb. — *percurrens traxit*] A. (516) *rotantur*] de g. coni. sb. — *notantur* BEGg. — Omittit hunc v. A. (518) *in obliquum tres*] de g. coni. sb. — *in obliquam tres* BEGg. — *ioblicumtris* (sic) A. (Ibid.) *colligat*] de g. coni. sb. — *colligit* ABEGg. = *orbis* ABEG. (519) *extremis*] A. (firmans emendat. g.) sb. — *extremos* BEGg. (Ibid.) *unum*] A. (firmans emendat. g.) sb. — *unus* BEGg. (520) *desectus*] BE. ut volebat etiam g. — *defectus* AGg. — *devectus* de altera g. coni. b. — *dissectus* s. (Ibid.) *ab illo*] A. — *in illum* BEGgsb. En altera Grotii coni. *desectus ab illo* firmata partim a BE., partim ab A. (521) — *Nam si* b. solus. (522) — *Distantis orbis medius* A. (523) *nascuntur*] A. — *nascentur* BEGgb. — *nascetur* s.; sed tum *ortus* peccat in metrum. (524) *remanent*] BGgsb. — *remanet* AE. (sed in E superscr. *n.*) (527) *distat*] BEGgsb. — *distant* A. (Ibid.)

Atque eadem occasus remanent certissima signa.
  Quartus ab Oceano tantum vestigia mutat,
Obliquo currens spatio, quantum Capricornus
Aestifero distat Cancro, quam latus ad auras
Aetherias surgit, tam sacris mergitur undis.
[In sex signiferum si quis diviserit orbem
Aequales partes, succumbet regula binis
Inferior signis, spatii tantumque tenebit
Una, sui lateris quantum a Tellure recedit;
Nec tamen humanos visus fugit ultimus orbis.]
Haec via Solis erit bis senis lucida signis.
Nobilis hîc Aries aurato vellere, quondam
Qui tulit in Tauros Phrixum, qui prodidit Hellen;
Quem propter fabricata ratis, quem perfida Colchis
Sopito vigile incesto donavit amori.
Corniger hîc Taurus, cuius decepta figura

quam latus ad auras] BEGgsb. — *quamtautus* (sic) *ad aures* A. (530) *partes*] de g. coni. sb. — *aries* ABEGg. (Ibid.) *succumbet*] de g. coni. s. — *succumbit* BEGgb. — *occumbit* A. (531) *signis, spatii tantumque*] de g. coni. sb. — *signis spatiis tantumque* BEGg. — — *signis patitantumque* (sic) A. (532) *sui*] de g. coni. sb. — *tui* A. — *suis* BEGg. (533) — *Nec tamen inhumanos* A. — *fulgit* A. (534) — *bisseni* A. In Cd. A. hi sex versus 529—534. literis minoribus scripti sunt a sec. manu, sed tamen perantiqua. Iam vero et per se minus clare expressae sunt sententiae, respondentes Arati v. 541. seqq. Bekk. atque Avieni 1037. seqq., et sermo ipse habet colorem scholasticum in vv. praesertim: *In sex aequales partes — succumbet regula;* et, quod maius etiam est, v. 529. effictus est e Germanici nostri v. 476. *Hunc octo in partes si quis diviserit orbem;* versus autem 534. idem prorsus est cum illo, a quo incipit *Fragm. Prognostic.* III. Schwartzii et meum, quod servatum est in fine Cdd. BEG.; nisi quod ibi quum separatum iam dudum esset a poëmatis corpore, interpolator prima verba *Haec via Solis erit* mutavit in vv. *Una via est Solis.* Desunt eidem fragmento duo tresve versus de anno et Iovis et Saturni. Quae quum mecum reputo, adducor, ut credam totum locum ita esse constituendum:

Aetherias surgit, tam sacris mergitur undis: 528
Haec via Solis erit bis senis lucida signis 534

tum Prognostic. Fragm. III. v. 2—16.:

Mercurius: binos Gradivus perficit orbes.
* * * * * * * * * * *
Nobilis hic Aries aurato vellere quondam cet. 535

Europe, thalamis et virginitate relicta,
Per freta sublimis tergo, mendacia sensit
Litora, Cretaeo partus enixa marito.
Sunt Gemini, quos nulla dies sub Tartara misit,
Sed caelo semper, nautis laetissima signa,
Ledaeos statuit iuvenes pater ipse deorum.
Te quoque, fecundam meteret quum cominus Hydram
Alcides, ausum morsu contingere †bello,
Sidere donavit, Cancer, Saturnia Iuno,
Nunquam oblita sui, nunquam secura novercae.
Hinc Nemeaeus erit iuxta Leo; tum pia Virgo;
Scorpios hinc duplo quam cetera possidet orbe
Sidera, per Chelas geminato lumine fulgens,
Quem mihi Diva canet dicto prius Orione;
Inde Sagittifero tentus curvabitur arcus,
Qui, solitus Musas venerari supplice plausu,

(535) Omittit tres vv. 535—537. Cd. A. (536) — *Phryxum* gb. — *frixum* E. — *hellem* B. (538) *vigile*] de g. emend. sb. — *vigili* BEGg. — *vigiles* A. — *donabit* BGg. (Ibid. *amori*] de g. emend. sb. — *amore* ABEGg. (540) — *Europae* ABGg. (non E.) — *relictae* Gg. (non ABE.) Emendavit iam g. (542) *Litora Cretaeo*] de g. coni. sb. — *Litore cretaeo* BEGg. — *Litore acretue* A. (543) *quos nulla dies*] BEGgsb. — *quos eulla diei* (sic) A. (544) — *nutis* E. sed superscr. *a*. — *natis* A. (545) — *Ledueo statuit iuvenis* A. (546) — *secunda* B. (et Margo E.) Gg. Emendavit in Annot. g. (Ibid.) *cominus*] Bgb. ≐ *comminus* AEs. (547) = *Alchides* BE. — *ausus morsus* A. (Recte BEG.) (Ibid.) *contingere bello Sidere*] Haec corrupta: neque enim *bello* pro *pugna*, *certamine* recte h. l. dicetur, ut pro *proelio* saepe est apud Dictyem; nec iungere possumus *bello* (i. e. pulchro) *sidere*. Equidem lego. *morsu contingere chelae*. Amicus volebat: *morsu contingere talum*. (548) *Cancer*] Scaliger (prob. g.) sb. — *Cancrum* ABEGg. (549) — *securae* A. (550) *Hinc*] BEGgsb. — *Hic* A. (Ibid.) *tum*] A. — *tunc* BEGgsb. (551) *Scorpios*] AEb. = *Scorpius* s. — *Scorpion* B. (Ibid.) *duplo*] de g. coni. sb. — *duplex* ABEGg. (552) — *flumine* A. (553) *Quem mihi Diva canet dicto prius Orione*] A. — *Quae mihi dicta canat magnum sidus Orionis* E. — *Quae mihi dicta canant magnum sidus Orionis* BGg. — *Quae mihi dicta canant magnum scelus Orionis* de g. coni. sb. (555) — *supplice et plausu* g. — *plaustas* (sic) A. (556) — *phobeis* A. (557) *Cochlidis*] de g. coni. sb. — *Coclitas* A. a pr. manu. A secunda *i* erasum, ut sit: *Cocltas*. — *Poplitis* BEGg (Ibid.) *cuius Titania*] ABEGg. —

Acceptus caelo Phoebeis ardet in armis:
Cochlidis inventor, cuius Titania flatu
Proelia commisit divorum laetior aetas,
Bellantem comitata Iovem, pietatis honorem,
Ut fuerat geminus forma, sic sidere, cepit.
Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
Attonitas inter gentes patriamque paventem
In caelum tulit et maternis reddidit astris.
Proximus, infestas olim quas fugerat undas,
Deucalion parvam defundens indicat urnam.
Annua concludunt Syriae duo numina Pisces
Tempora; tunc iterum praedictus nascitur ordo,
Lanigeri et Tauri, Geminorum, postea Cancri;
Tunc Leo, tunc Virgo, tunc Scorpios Arcitenensque
Et gelidus Capricornus et imbriferi duo Pisces:
Huius quantum altas demergitur orbis in undas
Oceani, tantum liquidum super aëra lucet;

quum vis T. de g. coni. sb. (558) Hunc v. servavit solus A. Abest a BEGgsb. Hinc coniecturae Grotii, quarum falsitas nunc demum perspici potuit. (559) *Bellantem comitata*] ABEGg. — *bellantem est mirata* de g. coni. sb. — *honore* s. contra Cdd. (560) *sidere*] ABEGg. — *sidera* de g. coni. sb. — *coepit* B. Construe: „pietatis honorem cepit, sic sidere geminus, ut fuerat forma geminus." (562) *paventem*] A. firmans Scaligeri coni. probatam Grotio. sb. — *parentem* BEGg. (564) *infestas*] A. (ut volebat g.) sb. — *infectas* BEGg. (Ibid.) *olim quas*] BEGgsb. — *solinqua* (sic) A. (565) — *Decalion* A. (Ibid.) *parvam*] E. (firmans emendat. g.) sb. — *parum* ABGg. (Ibid.) *defundens*] A. (firmans emendat. g.) sb. — *defendens* BG. Margo E. g. — *detendens* E. (Ibid.) *urnam*] A. (firmans emendat. g.) sb. — *ulnam* BEGg. (566) *numina*] A. (ut emend. g.) sb. — *nomina* BEGg. (567) *Tempora; tunc*] A. — *Temperat hunc* BEGg. — *Tempora; at hinc* de g. coni. sb. (568) Minime suppositii cum Grotio habendi sunt vv. seqq., quum respondeant Arateis 545. seqq. et Avieni 1046. seqq. Excidisse tamen videtur vel unus vel duo, ubi mentio facta fuerit Chelarum et Aquarii. (568) Ut nos, BEGgsb. — *Lanigeri et Aurige minorum post ea* A. (569) *tunc Scorpios*] A. = *tum Sc.* BEGgsb. (*Scorpios*] ABE. = *Scorpius* gsb.) (Ibid.) *Arcitenensque*] AEs. = *Arquitenensque* BGgb. (570) *gelidus*] BEGgsb. — *geminus* A. — *et imbri feret duo pi* (sic) A. (571) Hos quattuor vv. 571—574. solus servavit A. Absunt a BEGgsb. (573) — *asta* A. (574) — *in au* (sic) A. (575) *Orbis perfecti divisus tollitur arcus*] A. — *Aevi perfecti divisus tollitur orbis*

Nullaque nox bis terna minus caelo trahit astra;
Nullaque maior erit, quam quanto tempore in auras
Orbis perfecti divisus tollitur arcus.
  Saepe velis quantum superet cognoscere noctis
Et spe venturae solari pectora lucis.
Prima tibi nota Solis erit, quo sidere currat;
Semper enim signo Phoebus radiabit in uno:
Cetera tum propriis ardentia suspice flammis,
Quod cadat aut surgat summove feratur in orbe,
Quantoque exsiliant spatio, quum caerula linquunt;
Namque aliis pernix saltus, maiore trahuntur
Mole alia, Oceanum tardo linquentia passu.
Quod si nube cava Solis via forte latebit,
Occulet aut signum conscendens vertice caelum
Altus Athos vel Cyllene vel candidus Haemus,
Gargaron aut Ide Superisve agitatus Olympus,
Tunc dextra laevaque simul redeuntia signis

BEGgsb. ex interpol. facta propter defectum verss. praecedd. (576) *noctis*] BEGgsb. — *noctibus* A. (577) *venturae*] Agsb. — *ventura* BE. (De G. non satis constat.) (578) — *quod* A. (Ibid.) *currat*] EGgsb. — *curret* A., sed superscr. *a*. — *currit* B. (579) *signo Phoebus*] A. = *Phoebus signo* BEGgsb. (Ibid.) *radiabit*] Sic scripsi. — *radiavit* A. — *radiantis* BEGg. — *radiatur* de g. coni. sb. (580) *propriis*] A. — *proris* BEGg. — *pronis* de g. coni. sb. (Ibid.) *suspice*] BE. (ut emend. g.) sb. — *suscipe* AGg. (In A. a sec. m. verbum hoc superscr.) (581) *Quod*] Sic scripsi. — *Quid* ABEGgb. (Ibid.) *aut surgat*] AE. (ut emend. g.) sb. — *ut surgat* BEG. — *Quique cadant surgant — feruntur* s. coni. — *submove* A. (Ibid.) *in orbe*] A. — *ab orbe* BEGgsb. (582) *Quantoque*] A. firmans emendat. s. — *Quantove* BEGgb. (Ibid.) *exiliant spatio*] BEGgs. — *exiliunt spatio* b. — *exilli atspatio* A. (Ibid.) *linquunt*] de g. emend. sb. — *lincunt* A. — *lingunt* BEGg. (583) *aliis pernix saltus, maiore*] Sic scripsi, una litera addita lectioni A.: — *aliis pernix saltu maiore.* — *aliis pernix alius maiore* B. — *alius* (E. in marg. „Al. *aliis*.") *pernix alius maiore* EGg. — *aliud pernix; aliud maiore* de g. coni. sb. (Ibid.) *trahuntur*] A. — *trahetur* BEGgsb. (584) *Mole alia*] A. — *Mole alio* BEGgsb. (Ibid.) *linquentia*] A. ut volebat g. sb. — *liquentia* BEGg. (585) *Quod si nube cava*] de g. coni. b. — *Quod sine nube cava* A. — *Quod sine fine cava* BEGg. — *Quod si nube nigra* s. coni. Post hunc vv. 585. omnia Phaenomenon sine ullo defectus signo absunt a Cd. A.; unde deinceps ad tres dumtaxat Cdd. BEG. eiusdem familiae redacti sumus.

Sidera si noris, nunquam te tempora noctis
Effugient, nunquam veniens Tithonius ortus.
  Quum primum Cancrum Tethys emittit in auras,
Excipit Oceanus Minoae serta coronae,
Occidit et dorso Piscis caudaque priore:
Mergitur in totos humeros Ophiuchus et Anguis
Ultima cauda micat; tortus habet illa timendos.
Nec multo Arctophylax hinc longe subiacet astro,
Lumine qui primo quum Scorpios occidit undis,
Occulitur pedibus; durat tamen arduus ore,
Dum rigidum Aegoceri signum freta lucida terret.
Siderea vix tum satiatus luce Bootes
In terras abit et noctis plus parte relinquit.
At contra nullo defectus lumine totus
Orion humeris splendebit magnaque Divi
Vagina et claro caelatus balteus igni:
Cornua et Eridanus liquido feret utraque caelo.
  At quum prima iuba radiarit flamma Leonis,
Quidquid parte micat caelo, *hoc* nascente, sub undas
Omne abit atque feri venientis defugit ora.
Tota Iovis mersa est pennis stellantibus Ales;

(587) *Cyllene*] de g. emend. sb. — *chillene* E. — *quillene* BGg. (588) *Gargaron aut Ide*] Sic emendari iussit g. — *Gargaron aut Iden* BE. — *Gargaros aut Ide* s. — *Gargaron aut Ida* b. — *Gargaro nauti dens* Gg. (Ibid.) *agitatus*] Malim equidem *habitatus*. (589) — *Tum* g. (591) *veniens*] de g. coni. sb. — *ventus* BEGg. (592) *primum*] de g. coni. sb. — *primo* BEGg. (Ibid.) *Thetys*] b. — *tethis* BE. — *Thetis* s. — *dimittit* s. coni. (593) *Minoae*] de g. emend. sb. — *minoiae* BEGg. (594) *dorso*] de g. coni. sb. — *dorsus* BEGg. (595) *humeros*] BE. (firmantes emend. g.) sb. — *humero* Gg. (596) *tortus*] BE. (firmantes coni. g.) sb. — *ortus* Gg. — *ille* s. coni. (597) *hinc longe s. astro*] de g. coni. s. — *hic longe s. astro* b. — *his longe s. astris* BEGg. (598) *Scorpios*] BEGg. = *Scorpius* sb. (600) — *regidum* B. — *aegocheri* E. — *aego cheris* B. (601) — *tuum* Gg. (603) *totus*] BEGgs. ∾ *totis* b. (605) — *celatus* BGg. — *alteus* g. (606) — *heridanus* BE. (608) *hoc*] inseruere de g. coni. sb. — Abest a BEGg. (609) — *Omne* E., ut volebat g. sb. — *Omnem* BGg. (Ibid.) *defugit*] EGgs. — *defigit* B. — *effugit ἀμέτρως* b. (Ibid.) *ora*] de g. emend. sb. — *hora* BEGg. (612) Hunc versum supra v. 275. in Cdd. ex-

Quique genu posito defessus conditur undis,
* Summa genu subversa tenet, qua se Lyra versat,
Crure tenus: redit in caelum vasti caput Hydri
Et pernix Lepus et Procyon et Sirius ipse
Totiusque Canis rabidi vestigia prima.
Accipe, quae vitent exorsae Virginis ora:
Delphinus notis iam tum deflexerit undis,
Et Lyra dulce sonans et flammis cincta Sagitta;
Et niveus Cycnus properarit tangere fluctus;
Utraque penna volans caudam vix lucet ad ipsam;
Nigrescitque Padus, terrae qui proximus amnis.
Tum caput abscondet Sonipes; tum tota latebit
Cervix; at contra sublimior Hydra feretur
Cratera tenus; et surgent aplustria puppis
Argoae totusque Canis; sed quum pia Virgo
Nascitur, illa ratis media plus arbore lucet.
Surgentes etiam Chelas sua signa notabunt:
Exsilit Oceano nunc toto crine Bootes,
Quem claro veniens Arcturus nuntiat ore;
Celsaque Puppis habet; cauda minus attamen Hydra;
Nixa genu species flexo redit ardua crure,

stantem huc collocarunt de g. coni. sb. Abest h. l. a BEGg. (613) Distinxi cum s. — *Crure tenus redit in caelum; vasti c. H.* gb. (614) — *syrius* BE. (615) *rubidi*] gsb. — *rapidi* BE. (De G. non satis constat.) Versus hic subdititius videbatur Grotio; sed vide Schwartzium. (617) *notis*] de g. coni. sb. — *motis* BEGg. (Ibid.) *deflexerit*] BEGg. intransitive, pro: „se deflexerit." — *defluxerit* de g. coni. sb. (619) — *cygnus* BGg. (non E.) (621) Fortasse: *qua proximus amnis;* Arat. v. 600. *Ποταμοῖο παρηορίαι σκιόωνται.* (622) *abscondet*] de g. coni. sb. — *abscondit* BEGg. (Ibid.) *tum tota*] de g. coni. sb. — *cum tota* BEG. (624) *Cratera tenus; et surgent aplustria*] de g. coni. sb. — *Terra tenus traxit surgentia plustria* BEGg. (626) — *ratio* Gg. (non BE.) Emendari iussit g. — *media tenus arbore l.* g. suspic. prob. b. „Sententia videtur esse haec: Mali plus lucet super horizontem quam dimidia pars. Consentit caeli consideratio." Schwartz. (628) *Exilit*] de g. coni. sb. — *Exilem* BEGg. (630) *habet*] BEGgb. — *abit* s. pravâ coni. Cfr. Schraderi *Observv.* p. 52. Scil. in Arati v. 610. Schraderus, Voss. Buttm. Bekk. dederunt. *Ἀργὼ δ᾽ αὖ μάλα πᾶσα μετήορος ἔσσεται ἤδη* pro Cdd. *οὐ μάλα*, a qua lect. decipi se passus est

Partibus haud aliis; nocte eluctata suprema
Bis solet illa una caelo se ostendere nocte;
Nam si Phoebeos currus, dum longa venit nox,
Occasu sequitur, rursus fugit Oceanum ortu,
Crure simul Chelis fulgens. Quum Scorpios exit,
Iam totis radiat membris miserabile sidus;
At quum tantus abit, quantum Lyra surgit ab undis,
Arcûs ipsa sua caelo referetur imago:
Imperfecta redit caelo tum tota Corona
Et Chiron pius ad caudam cognoscitur imam.
Pegasus abscondit toto tunc pectore pennas;
Nec lucet cauda praemersus pectore Cycnus.
Abdit et Andromede vultus; et maxima Pistris
Occasu insequitur metuentis Virginis ora:
Crista super caelo fulget, caput abditur ipsi.
Regalis Cepheus altis intactus ab undis.
  Scorpios exoriens, quum clarus fugerit Amnis,

Schwartz. *Celsa* scil. h. l. τὰ ὑψηλά, non, quod illi videbatur, ὑψηλή. (Ibid.) *Hydra*] de g. coni. sb. — *illa* BEGg. (632) *aliis*] BE. ut volebat g. sb. — *alii* Gg. (Ibid.) *nocte eluctata suprema*] de g. coni. sb. — *noctem fluctuata suprema* Gg. — *noctem fluctuata supremam* BE. (633) *illa*] Ggsb. — *ille* BE. (Ibid.) *nocte*] E. (firmans emend. g.) sb. — *noctem* BGg. (634) — *cursus* B. (635) *Occasu*] de g. emend. sb. — *Occusus* BEGg. (Ibid.) *rursus*] BEGg. = *rursum* sb. (Ibid.) *ortu*] EGgsb. — *ortus* B. (636) *Crure simul Chelis fulgens*] s. coni. — *Crure, simul Chelae fulgent* BEGgb. (Ibid.) *Scorpios*] EGg. = *Scorpius* Bsb. Totum locum sic refingere conatus est Grotius: *Crure, simul Chelae fulgent, quum Scorpios exit, Haud cunctatus abit: quum Chiron surget ab undis Arcusque ipsa pio caelo referetur imago, Iam totis radiat membris miserabile sidus. Imperfecta* cet. Recepit hanc g. coniecturam b. retenta tamen suo loco Cdd. lectione; unde mirae turbae ortae sunt in eius editione. (637) *Iam totis*] E. ut volebat g. sb. — *Tum totis* B. — *Tam totis* Gg. (638) *At quum tantus abit*] BEGg(b.) — *Ac tum tantum abiet* (sic) s. coni. (Ibid.) *surgit*] B. — *surgat* EGgsb. (639) *Arçus ipsa suo caelo*] Sic scripsi. — *Argo sipia* (*siria* E.) *suo caelo* BEGg. b. altero loco. — *Arcusque ipsa pio caelo* (g.) b. altero loco. (Ibid.) *referetur*] de g. coni. b. — *refertur* BEGg. — *Argusque ipsa pio caelo resecetur imago* s. coni. (640) *tum*] de g. emend. sb. — *cum* BEGg. (641) *pius*] de g. emend. sb. — *prius* BEGg. (Ibid.) *imam*] de g. coni. sb. — *ima* BE. — *una* Gg. (643) — *cygnus* Gg. — *cignus* B. (644) *Abdit et Andromede*

Scorpios Oriona fugat, pavet ille sequentem.
Sis vati placata, precor, Latonia virgo:
Non ego, non, primus, veteres cecinere poëtae,
Virginis intactas quondam contingere vestes
Ausum hominem, divae sacrum temerasse pudorem.
Devotus poenae tunc impius ille futurae
Nudabatque feris † angusto stipite silvas
Pacatamque Chion dono dabat Oenopioni.
Haud patiens sed enim Phoebi germana repente
Numinis ultorem, media tellure revulsa,
Scorpion ingenti maiorem contulit hostem.
Parcite, mortales! nunquam levis ira deorum.
Horret vulnus adhuc et spicula tincta veneno
Flebilis Orion et quamquam parte relicta
† Caeli paene fugit, tamen altis mergitur undis,
Scorpios ardenti quum pectore contigit ortus.
Nil super Andromedae, nil Pistris luce fruetur.

vultus] s. — *Ardet et Andromedae vultus* BEGg. — *Abditur Andromedae vultus* de g. coni. b. (Ibid.) *et maxima Pistris*] BE. — *Pistris et maxima* Gg. — *sed maxima Pistris* de g. coni. b. — *Pistrisque marina* altera g. susp. — *Pristis sed ab imo* s. (645) *Occasu insequitur*] s. — *Occasum sequitur* BEGg. — *Oceano insequitur* de g. coni. b. (Ibid.) *metuentis virginis*] Sic scripsi ex Arati v. 629. τὸ δὲ οἱ μέγα δεῖμα Κήτεος ἠερόεις ἐπάγει νότος. et Avieni v. 1157. *Ac formidatam* cet. — *uentis* (sic) *et virginis* E. — *venientis et virginis* B. (sed in hoc *et* lineola notatum, tamquam delendum.) G. Margo E. g. — *venientis virginis* de g. coni. b. — *venientia virginis* s. coni. (646) — *cauda* s. coni. — *caput abditur ipse R. C. alias intactus* Voss. ad Arat. p. 111. (647) — *cephoeus* BE. (648) *Scorpios*] bis E. g. (v. 648.) = *Scorpius* g. (v. 649.) sb. — *Scorpion* B. (Ibid.) *quum clarus fugerit*] de g. coni. sb. — *quam* (sic) *clarus fulserit* BGg. — *quam claris fulserit* E. (Ibid.) *Amnis*] BE. (ut emend. g.) sb. — *annus* Gg. (650) *Sis*] de g. coni. sb. — *Si* BEGg. (651) — *Nam ego* b. (652) *quondam contingere*] BE. (firmantes emendat. g.) sb. — *quondam qui tangere* Gg. (655) *angusto*] BEGgb. — *augusto* s. Fuit: ∞ *ambusto.* Virgil. *Aen.* 7, 524. *sudibusve praeustis.* (656) — *chyon* B. — *Oenorioni* E. In marg. correctum. (657) *Haud patiens sed enim*] de g. coni. sb. — *At patiens etenim* E. — *Ad patiens etenim* BGg. (659) — *Scorpium* b. (662) *relicta*] BEGgs. ∞ *retecta* de g. coni. b. (663) *Caeli paene*] BEGg. (BE.: *poene*) s. ∞ *Teli paene* de g. coni. b. Sed in *poene* videtur latere *pone*: nam *paene* nimis

In caput atque humeros rapit orbis Cassiepiam
Declivemque trahunt aeterni pondera mundi
Corruptaque cadit forma, certaverat olim
Qua senis aequorei natis, quum litore Canchli
Doridos et Panopes spectasset stulta choreas.
Illa abit Oceano: totius serta Coronae
In caelum redeunt; totum se liberat Hydros;
Cruribus exspectat Chiron, obscurior arcu,
Corpore iam toto vasto sub vertice clarus.
Tum fera, quam dextra portat Centaurus, in auras
Exsilit et claris aperitur flexibus Anguis:
Innixusque genu laevâ minus aequora linquit.
  At quum prima subit facies remeabilis Arcus,
Iam sicca Oceano Chiron pernicia crura
Expulit et celsis Ophiuchus fulget in astris.
Nil trahit obscurum Serpens: sed trunca recepta
Desinit esse manu †mediis deformis imago:
Iam Lyra cum superis et Cycni dextera penna:
Radit tellurem rediens cum sidere Cepheus.
Tum Canis abscondit totius corporis ignes

languet: sive, Grotio auctore, iunges cum v. *fugit*, sive, ut vult Schwartz: *parte relicta caeli paene.* (664) *Scorpios*] Gg. = *Scorpius* Esb. — *Scorpion* B. — *ortis* E. (665) *Nil - - nil*] BEGsb. — *Nihil - - nihil* G. Margo E. — *pristis* Gg. (666) *Cassiepiam*] de g. emend. sb. — *Cassiepia* BEGg. (667) *Declivemque*] de g. emend. sb. — *declinemque* BEGg. (Ibid.) *aeterni pondera mundi*] de g. coni. sb. — *aeterno pondere mundi* BEGg. (668) *cadit*] de g. coni. sb. — *cadunt* BEGg. (Ibid.) *certaverat*] de g. coni. sb. — *certaverit* BEGg. (669) *senis*] de g. coni. sb. — *sinus* BEGg. (Ibid.) *Canchli*] de g. coni. sb. — *cancri* BEGg. (671) *totius serta coronae*] de g. coni. gsb. — *totiensque serta corona* (sic) BEGg. (572) = *Hydrus* BEGg. (673) — *expectant* B. — *chyron* BE. (Ibid.) — *arcu* BEGgs. — *arcum* de g. coni. b. Recte vero: *obscurior arcu*, quod ad arcum attinet. Cfr. Avieni v. 1144. *manet Arcitenens, dum spicula caelo Exserat* cet. (674) *iam toto vasto sub vertice*] s. — *iam toto vastus et vertice* BEGg. — *iam vasto, iam toto vertice* de g. coni. b. (677) *linquit*] de g. coni. b. — *linquunt* BE. — *lincunt* Gg. — *Innixumque genu laevo maris aequora linquunt* s. coni. (678) *Arcus*] de g. emend. sb. — *arcu* BEGg. (679) — *chyron* BE. (680) *Expulit et celsis*] de g. emend. sb.

Et latet Orion; et semper tutus in undis
Est Lepus; Argoaeque ratis, qua flexile signum
In puppim formatur, adhuc aplustria lucent.
Mergitur et Perseus et Caprae nobile lumen.
  Aurigam totum abscondit veniens Capricornus
Atque omnem ornatum venerandae numine Puppis.
Tum Procyon obscurus abit; redit armiger uncis
Unguibus, ante omnes gratus tibi, Iuppiter, Ales.
Omnibus et stellis Cycnus redit et leve Telum
Et parvus Delphinus et apta Altaria sacris.
[Eminus exsurgit Minoïa nota Corona.]
  Hydrochoos caelum scandens simul evocat ore
Et cervice tenus fidentem Pegason alis.
Aversum Chirona trahit nox atra sub undas;
Oceanus caudam tingit, nondum capit ora,
Non vastos humeros, non pectora tristia setis;
Hydram plus mediam condit, pars tertia lucet.
  Hanc Pisces abdunt orti totumque Biformem.
Quum geminos Pisces Aquilonis provocat aura,
Ille etiam surgit, qui tristes respicit Austros;

Malim tamen: ∞ *extulit et c.* — *expulit celsis* Gg. — *expulit celsis* superscr. *et* B. — *expulit celsis* superscr. *el* verbo priori; ut sit: *Expellit, celsis* E. (681) *Nil*] BEgsb. — *Nihil* G. (Ibid.) ∞ *Si trunca* s. coni. (682) — *Desinet* s. coni. (Ibid.) *manu*] de g. coni. sb. — *manum* BEGg. (Ibid.) *mediis*] Sic corrupte BEGg. ∞ *rediens* de g. coni. b. Displicet tamen, quia mox v. 684. idem verbum. — *Nisi* ad sententiam recte, sed parum probabiliter, s. coni. (683) — *cygni* Gg. — *cigni* B. (684) — *cephoeus* B. — *cophoeus* E. (685) = *ignis* BEGg. (686) — *atque imperfectus in undis* g. susp. (688) — *athuc* BE. (691) *omnem*] BE. (ut emend. g.) sb. — *omne* Gg. (693) = *omnis* BEGg. (694) — *cygnus* BGg. (696) *Minoia nota*] EGgb. — *minori nota* B. Versum hunc, iudice Grotio, insititium del. s. Falsa omnino quum sententia sit, Vossius, sed parum probabiliter, sic leg. coniecit ad Aratum p. 121.: *Exsurgunt simul exorto Capricorno.* (697) — *Hydrochous* b. (699) — *chyrona* B. (700) = *tinguit* BE. (701) *non pectora tristia setis*] de g. coni. sb. — *tum pectora tristia sertis* BEGg. (702) ∞ *media* dubia g. susp. (Ibid.) *condit*] BE. — *tondit* Ggb. — *tondet* s. (703) *abdunt*] BE. firmantes emend. g.) s. — *addunt* Ggb. (Ibid.) *orti, totumque*] de g. coni. s. — *orti tumque* Gg. — *ortitumque* B. — *tortitum-*

Piscibus ille simul surgit, sed liberat ortus,
Quum pernix Aries in caelum cornua tollit.
Pisces educunt Cepheïda; laetior illa
Nereïdas pontumque fugit caeloque refertur.
  Ortus Lanigeri properabunt condere sacrum
Turibulum; patrio fulgebit in aethere Perseus.
Persea quum pennae reddunt, iam Pleias ab undis
Effugit et dextro Tauri cognoscitur armo.
Fixus ut in curru trahitur sine curribus ullis
Myrtilos; haud totum cernes; † cum interit ipsum
In caelum redit, et pars dextera mergitur undis;
Vertice lucebit; teneros manus efferet Hoedos;
Laeva Iovis nutrix humero radiabit in ipso;
Proxima telluri nascetur planta sinistra:
Cetera cum Geminis perfecto sidere surgent.
  Tauro Pistricis pariter cristaeque refulgent
Caudaque; vicinum terris iam cerne Booten;
Et quum se genibus demisit pars Ophiuchi,
Signum erit, Oceano Geminos remeare relicto.
  Totaque iam Pistris lucebunt squamea terga;
Eridani et primos deprendet navita fontes,
Caelum conspiciens, dum claro se movet ortu
Orion; habet ille notas, quae tempora noctis
Significent, ventosve truces fidamve quietem.

que E. — *orti, geminumque* b. (Ibid.) *Biformem*] de g. coni. sb. — *biformes* BEGg. (706) *sed*] de g. coni. sb. — *et* BEGg. (708) — *cephoeida* BE. (709) *Nereidas*] de g. coni. s. — *Nereidos* BEGgb. (Ibid.) *pontumque fugit*] de g. coni. sb. — *pontoque fugam* BEGg. (712) *pennae reddunt*] de g. coni. sb. — *pinnae redeunt* BEGg. (713) *Tauri cognoscitur*] de g. coni. sb. — *Tauri et cognoscitur* BEGg. (714) *Fixus ut in curru*] Halma. — *Fixus et in curru* BEGgb. — *Nixus et incurvus* s. coni. (Ibid.) *ullis*] E. firmans emendat. g. sb. — *illis* BGg. (*Myrtilos* scripsi constantiae causa pro *Myrtilus*.) (715) *haud*] de g. coni. sb. — *aut* BEGg. (Ibid.) *cernes*] de g. emend. sb. — *cernens* BGg. — *cernen* superscr. *s.* E. (Ibid.) *cum interit ipsum*] Sic corrupte BEGg. — *non integer ipse* de g. coni. b. — *quum Iuppiter ipse* s. coni. (716) *redit et pars dextera*] Gg. — *redit pars dextera* B. — *redit*

(superscr. *i*, ut sit : ∞ *rediit*) *pars dextra* (sic) E. — *redit*, *at pars dextera* de g. coni. b. — *redit et pars tertia* s. (717) *efferet*] de g. coni. sb. — *effugit* BEGg. (718) *radiabit*] de g. emend. sb. — *radiavit* BEGg. (720) *surgent*] gsb. — *surget* BEG. (721) *Pistricis*] de g. emend. sb. — *pistrices* BEGg. (722) *cerne*] BE., ut volebat g. sb. — *cernet* Gg. (723) — *dimisit* BE. (724) *Geminos*] de g. emend. sb. — *gemino* BEGg. (725) *Pistris*] de g. emend. sb. — *piscis* BEGg. (726) — *Heridani* BEG. (Ibid.) *primos*] de g. emend. sb. — *primo* BEGg. (Ibid.) *deprendet*] s. — *deprendat* gb. — *deprehendat* BEG. (728) *noctis*] de g. emend. sb. — *noctes* BEGg. (729) *Significent*] de g. emend. sb. — *significet* BEGg. (Ibid.) *ventosve*] BEGgb. — *ventosque* s. (Ibid.) *fidamve*] de g. coni. sb. — *fidamque* BEGg.

GERMANICI CAESARIS
PROGNOSTICORUM RELIQUIAE.

I.

Grandine permixtas Aries nivibusque caducis
Spargit vicinas supra iuga tristia nubes.
Taurus portat aquas et ventos excitat acres.
Fulmina tunc crebro iaculatur Iuppiter et tunc
Intonat emissis violentior ignibus aether.
At Geminis leviter perstridunt caerula venti,
Rarus et in terras caelo demittitur humor.
Omnia mitescunt tranquillo sidere Cancri;
Siccus erit Leo, praecipue quum pectora fervent.
Virgo refert pluvias et permovet aëra ventis.
Lenius est Librae signum; vix rorat in illo.

Prognostica. I. Habent hoc fragmentum Cdd. BEG. Abest ab AFP. (1) *permixtas*] de g. emend. sb. — *permixtus* BEGg. (2) de g. coni. sb. — *Spargunt vicina tristis supra iuga piscis* BEGg. (*pisces* E.) (3) *acres*] de g. coni. sb. — *aries* BEGg. (4) *Fulmina tunc*] de g. emend. sb. — *Fulmina tum* BEGg. (5) *emissis*] E. a sec. manu, ut volebat g. sb. — *emissus* BE (a pr. m.) Gg. (7) — *dimittitur* Gg. contra BEsb. (9) *quum*] de g. coni. b. *cui* BEGgs. (11) *rorat*] de g. coni. sb. — *rore* BEGg. (12) *Scorpios*] BEGgs. — *Scorpius* b. (Ibid.) *assidue*] BEGgs. ∾ *assiduos* de g. coni. b. = *ignis* BEGg. (13) Omittit vv. 13. et 14. B. (Ibid.) *in pluvias magis invenit arva quieta*] Sic Gg. — *in pluvias magis invenit arva ctur* (sic) E. ∾ *in pluvias veniet; magis arva quieta* de g. coni. b. — *in pluvias magis impetet arva quieta* s. coni. (14) *truces venti*] de g. coni. sb. — *trucis ventos* EGg. (15) *Rara Sagittifero*] de g. coni. sb. — *Rara Sagittiferi* E. — *Sagitti-*

Scorpios assidue caelo minitabitur ignes;
Lentior in pluvias †magis invenit arva quieta:
Atque truces venti densa nive saepe rigebunt.
Rara Sagittifero descendunt flumina terris;
Aegoceros aliis parcit, sed frigora durat
Instabilique gelu fallit vestigia passus.
Qui fundit latices caelo quoque permovet imbres.
Omnia miscentur cum Piscibus; aspera ventis
Aequora turbatos volvunt ad sidera fluctus;
Imbribus incumbit caelum solemque recondit;
Grandine pulsatur tellus; nive moenia durant.
Haec ut quisque deus possedit numine signa,
Adiungunt proprias vires. Torpere videntur
Omnia Saturno; raros ille exprimit ignes
Et siccas hiemes adstrictis perficit undis;
Grandine durantur pluviae; nive grando putrescit
Et rigor accedit ventis; mitissimus ille

* * * * * * * * * * * * *

II.

* * * * * * * * * * * * *

Iuppiter est illo laeto magis hic ubiq. solus.
Vitavit flammas proprior bene lucidus ore.

ferique rara BGg. (Ibid.) *descendunt flumina*] de g. coni. sb. — *descendit pluvia* BEGg. (16) — *Egocheros* BE. (Ibid.) *aliis parcit, sed*] de g. coni. sb. — *alias spargit et* E. — *alia spargit et* BGg. (17) *fallit*] s. coni. — *falli* BEGgb. (18) — *lacies* E. (21) *Imbribus incumbit caelum*] E. ut emendavit g. sb. — *Imbribus incumbit in caelum* BGg. In B. *in* lineola notatum. (24) — *torpore* BE. (27) — *gran* (sic) E. — *grande* g. (err. typogr.?) (28) — *accendit* E.

II. Vers. 1—50. constituunt Fragmentum illud, quod ex apographo Heinsiano Codicis Puteanei primus edidit Burmannus in Anthol. Lat. V. 51. Tom. II. p. 338. exstatque etiam in Cod. Basileensi, cuius scripturam in omnibus vel vitiosissimis fideliter expressimus, adeo, ut de erroribus typographicis cogitandum non sit exempli gratia in his: *falet* — *tari* — *subterpater* — *acri leonis* — *equate* — *Siocatis* — *aethae* — *Adigeret* — *aflavit* — *quacolitae* cet. In

Nec pecus in fetu falet nova turba repente.
Mugiet stabilis alto valebit obili.
Idem ne tellus nimium siccata repente.
Distuat sata cum tetigit fera cornua tari.
Dat pluvias sorbetq. data cum pliade fugit.
Atq. adidgeminos cancro placidissimus idem.
Dat modicas vires rapidos et temperat aestu.
Et leo terribilis subterpater ipse repellit.
Instantis morbos et ditis limina cludit.
Incipit agricolis in virgine sorbere vota.
tu n
Iammaiature segetes et spicapa pedent.
Ante larem primum perfectam esse corona.
Libra tumescentis musto bene per quoquit uvas.
Scorpioni ingrediens tua libra munera odit.
Iamq. sagittiferum scandens sua munera redit.
Num qualaete hiemi modice tam' in capricorno.
Hydrocoon piscesq. agitat saevissimus idem.
Sistatuit currus quocumq. in sidere fessus.
Lanigero tonat et poeni per terga leonis.
Omniaq. hiberni permiscet mensibus astra.

utroque Codice sine ulla divisionis nota legitur post Phaenomenon v. 585. *Quod si nube cava Solis via forte latebit.* (*p.* significat Apographum Puteaneum, *Bu.* Burmannum.) (1) ∾ *laetus* Bu. — *ubi* p. ∾ *Solis* Bu. (2) *proprio* p. (3) *fallit* p. Sed leg. *fallet.* (4) *Mugiet e stabulis* p. — *balavit* p. ∾ *balabit* Bu. (Ibid.) *ovili* p. (6) *Distituat* p. ∾ *Destituat* Bu. (Ibid.) *tauri* p. (7) *datas* p. (8) *Atque adit geminos* p. ∾ *adiit* Heins. (9) Lege: *rabidos.* — *aestus* p. (10) *sub te, pater* p. (11) = *Instantes* p. — *lumina cludit* p. ∾ *limina claudit* Heins. (12) ∾ *solvere* Bu. (13) *Iam tum maturae* p. — *et spice pendent* p. ∾ *et spicea pendet* Heins. (14) Fortasse: *Ante Larem patrium.* (Ibid.) *perfecta messe* p. — *persecta messe* Heins. — *corona* p. (15) *tumescentes* p. — *percoquit uvas* p. (16) *Scorpion* p. (Ibid.) ∾ *Liber* Helvetius. — *cdit* p. = *condit* Heins. (17) *sagitterum* p. ∾ *reddit* p. (18) *Nunquam laetae hiemi* p. (20) *Si statuit* p. ∾ *fessos* p. (22) *hibernis* Bu. (23) — *Atque Phoebeus* p. ∾ *At quum Phoebeos* Bu. (24) *Geminique* p. (Ibid.) — *domum* Helv. ∾ *acre Leonis* Bu. (25) *Sydus* p. ∾ *aequatae* p. — *Chaelae* p. (26) Hic v. in Cd. A. geminatus e praecedd. duobus abest a p. (27) ∾ *fusor* Bu. (28) *Siccatis*] p. (Ibid.) ∾ *nebulis*

Ad cum phoebeos mavors effugerit ignes.
Sive aries germiniq. deum sive acri leonis.
Sidus et equate librato pondere caelae.
Sidus et equate librato pondere leonis.
Aut arcu pollens aut imbris furor habebit,
Siocatis caecus nebulithebet habitur aer.
Nullaq. praecipite sagittabunt aequora venti.
His idem lento signis cum suprimit ignis.
i
Velligeret nigra cursus stantione tenebat.
Tum crebro magnus tonetru pulsabitur aethae.
Tum resoluta dabit nimbus cum grandine nubis.
Sed magis hibernae steterit cum sidera partis.
Effundet totas violentos numine vires.
Ad modicos imbres provi cum cornua tauri.
Frugiferamq. deam vel brumalem capricornum.
Adigeret liquido non saevus ab aethere fundet.
Incertus cancro terras cum letifer ortu.
Strius aflavit nocituros temperat aestus.
Scorpios adprime quacolitae cumina cauda.
Frigidaq. extremi iam claudunt sidera pisces.

hebetabitur p. (29) ∞ *praecipites agitabunt* p. (30) *supprimit* p. — *His idem lentos Pisces quum supprimit ignis* Helv. (31) *Velliger et* p. ∞ *statione* p. — *tenebat* etiam p. ∞ *tenebit* Bu. ut A. a sec. m. (32) ∞ *Tunc* p. *tonitru* p. — *aether* p. (33) ∞ *nimbos* p. — *nubes* p. (34) — *steterint* Bu. sed requiritur potius *sciderit*, ut est Phaenomenon v. 423. (35) *violentior numine vires* p. — *violento turbine* vel *murmure* Heins. — *violentior agmine* Helv. (36) *provi* (sic) *cum murmura* p. (38) *Aliger et* p. (39) *lethifer* p. (40) *Strius afflavit* p. (Ibid.) *aestas* p. Totum locum sic constituit Helvetius: *Sed magis hibernae steterint quum sidera partis, Frugiferamque Deam vel brumalem Capricornum, At modicos imbres proni cum murmure Tauri Aliger et liquido non saevus ab aethere findet,* (sic) *Insertus Cancro, terras, quum letifer ortu Sirius adflavit nocituro, temperat aestus;* in quibus insunt alia probabilia alia prorsus reiicienda, veluti *cum murmure Tauri*, et *nocituro.* (41) *ad prime qua colit acumine* (sic) *cauda* p. ∞ *at primae qua tollit acumina caudae* Heins. (43) — *itelaneque* p. — *Martia non illos turbabunt tela neque imbres* Bu. — *Martia non illos turbabit stella neque imbres* Helv. (44) *Haut ulla condet* p. ∞ *Aut ulla condent*

Maritia non illos turbavit itella neq. imbres.
Aud ulla condet nitidos caligine soles.
s
Sed diforte diem victus mutaverit aer.
Et ventos aut fundet aqua gelidissimus unde.
Rim rigor et toto boreas dominabitur orbe.
Adfaciles glebae bastastringit frigore verno.
Alma venus pecudis claro cum vellure fulsis.
Sublucem exoriens eademq. ubi tempore eodem.
Aetherium venit Taurum super imbribus atris
Et tonitru crebraque abscondit grandine terras.
Temperat in Geminis annum. Nec crede sereno,
Nubila nec diuturna putes, quum sidere Cancri
Fulserit ardentis; tantum hoc nil sidere certum.
Flagrantis placide lucis vis temperat annum,
Quum posuit sedem Nemeaei finibus astri.
Virgineque et Libra semper pendentia tantum
Nubila continua magis in statione manebunt.
Tunc quoque nulla fides caelo, quum Scorpion acrem

Bu. (45) *Sed di* p. *Sed si* Bu. (47) *Rim rigor* etiam p. — *Fit rigor* Bu. (48) *Ad flaciles glebae bas ta stringit* p. ∞ *At faciles glebas astringit* Bu. (49) *vellere fulsis* p. *vellere fulsit* Bu. (50) *Sub lucem* p. (51) Versus 51—162. habent Cdd. AF. Ed. princeps. Absunt a BEG. (Ibid.) — *aethereum* Cd. Putean. (Ibid.) *venit Taurum super*] de g. coni. sb. — *venit austrus super* A. — *venit austros super* Cd. Putean. — *venit Taurus sub* F. — *venit in thalamum super* P. — *venit thalamum super* g. — *hymbribus* P. (Ibid.) *atris*] (F.?) de g. coni. sb. — *astros* A. Cd. Putean. — *atrum* Pg. (53) — *credeo* A. (54) *nec*] AFgsb. — *ne* P. (Ibid.) *putes*] (F.) Pgsb. — *puta* A. (55) *Fulserit*] de g. coni. sb. — *Funserit* A. — *Fons erit* FPg. (Ibid.) *ardentis tantum hoc nil sidere*] de g. coni. sb. — *ardentis hoc in litore* (om. *tantum*) A. — *ardentis tamen hoc littore* P. (De F. non satis constat, praeterquam quod is quoque habet *litore.*) — *ardentis, tamen hoc in littore* g. — *certam* A. (56) — *placidi* A. (Ibid.) *lucis vis*] de g. coni. sb. — *lucens hic* AFPg. — omittit *annum* A. (57) *Quum posuit*] Agsb. — *Composuit* FP. (Ibid.) *Nemeaei*] de g. coni. sb. — *nemeis* AF. — *nemaeis* P. — *Nemeaeis* g. (Ibid.) *astri*] de g. coni. sb. — *astris* A. — *astrum* FPg. (58) *Virgineque et Libra*] (F.?) gsb. — *Virgineq. librat* A. — *Virginis et Libra* P. (60) *Tunc*] (F.?) de g. coni. sb. — *Nunc* APg. (Ibid.) *caelo*] de g. coni. sb. — *caelum* AFPg. (Idid.) *acrem*] de g.

Stat super; incerta namque omnia lege feruntur:
Heu quantis terras tum Iuppiter imbribus omnes
Obruet! aut glomerata cadet quam densa per aethram
Immitis grando! caelum quam saepe sonabit!
Quum spatium attigerit tendentis spicula signi,
Non terris imbres, ponto non flamina dêrunt.
Et caeli terret sonitus mortalia corda,
Quum sedem Aegoceri Cythereius attigit ignis.
Horridus at gelidos portendit Aquarius imbres
Hibernaeque cadunt pluviae concretaque grando.
* * * * * * * * * *

Piscibus a geminis sub prima recurrerit astra
Hesperos, haec tibi signa feret, quum †Lucifer ora
Ingreditur Venus alma polum; sed ubi Hesperos ignes
Provocat aetherios et noctem ducere terris
Incipit, exoriens ecce haec Cytherea movebit.
Vere caveto imbres et fulmina culmine ab alto,
Phrixeum rutilo pecus ut radiaverit astro,
Nubila commixtusque fragor pluvialibus undis,

coni. sb. — *acer* AFGg. (62) *tam*] (F.?) gsb. — *cum* AP. (Ibid.) *imbribus*] de g. coni. b. — *ignibus* AFPgs. = *omnis* AFP. (63) ∾ *heu* g. coni. elegans, sed non prorsus necessaria. b. (Ibid.) *quam*] APgb. — *quum* s. (De F. non satis constat.) (Ibid.) *aethram*] de g. coni. b. — *astras* A. — *astra* FPgs. (64) — *Iam mitis* A. (Ibid.) *caelum*] A. (firmans coni. g.) b. — *caelo* FPgs. — *quem* F. — *sonavit* A. (65) — *attingerit* A. (Ibid.) *spicula signi*] de g. coni. sb. — *singula signis* A. — *singulaque ignis* FPg. (66) *derunt*] A. = *deerunt* (F.) Pgsb. (68) — *egoceri cytheus* A. — *agoteri cithereius* P. (69) *Horridus*] (F.) Pgsb. — *Umidus* (sic) A. (Ibid.) *at gelidos*] gsb. — *ad gelidos* FP. — *ad caelidos* A. (Ibid.) *imbres*] de g. coni. sb. — *ignis* AFPg. (70) — *concratq.* (sic) A. (71) — *recurret in astra* A. (72) *Hesperos*] bis A. = *Hesperus* Cett. (Ibid.) *signa feret quum*] FPgs. — *signa refert* b. — *signalabitum cum* i. e. = *signa dabit, quum* A. (Ibid.) *lucifer ora*] FPg. corrupte. — *lucifer curora* (sic) A. ∾ *lucifero ore* s. coni. — *luce priore* de g. coni. b. (73) *Ingreditur*] FPgsb. ∾ *Ingrediens* A. In lectione A. latet fortasse: ∾ *quum Lucifer audit* (i. e. appellatur), *Ingrediens Venus* cet. (74) — *aethereos* F. (Ibid.) Fortasse: ∾ *noctem inducere.* (75) *ecce haec Cytherea*] (F.) gsb. *ecce Cytherea* P. — *exoriens haec caecytherea* A. (76) — *hymbres* P. — *cavere imbres et fulgera* (sic) *comamenalto* (sic) A.

Flaminaque assiduo terris instantia pulsu
Et dirae caelo deiecti grandinis ictus.
Ver magis infidum, Tauri quum sidere fulsit,
Apportat; Geminis eadem inconstantia perstat:
Quum dederit soles, inducet nubila caelo;
Nubila quum fuerint, subitos mirabere soles;
Et modo de vento, gelido modo protinus imbre
Lucens, alterna superabit nube serena.
Si Venus ingressa est spatiosi sidera Cancri,
Pacem mundus habet; non ulli corpora soles
Pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
Astringunt artus alieno tempore; lenis
Omnia pacato tum sidere temperat aër.
Ac rapidis eadem ne solibus aestuet orbis,
Efficiet, magni signo conspecta Leonis.

(77) — *Phryxa* superscr. *e* A. (Ibid.) *pecus ut radiaverit*] de g. coni. sb. — *pecus irradiaverit* FPg. — *pecudis radiaverit* A. (78) — *cum mixtusque trugor* (sic) *pluviabilibus* (sic) A. (79) *terris instantia*] de g. coni. sb. — *terris tum stantia* AFPg. (80) Sic scripsi. — *Dirae caelo deiecti grandinis* (omisso *et*) A. — *E caelo diri deiecti gr.* Pg. — *Est caelo diri deiecti gr.* F. — *Et caelo diri deiecti* de g. coni. b. ∞ *Et caelo dirae deiecti* s. (81) *Ver magis infidum*] de g. coni. sb. — *Vere magis nitido*] AFPg. (Ibid.) *fulsit*] Agsb. — *fulxit* FP. (82) *Apportat*] (F.?) de g. coni. sb. — *Adponi* A. — *Appota* (sic) Pg. (Ibid.) *inconstantia*] de g. coni. sb. — *constantia* APg. (Ibid.) *perstat*] Sic scripsi. — *peristat* A. — *praestat* Pg. — *praesto est* de g. coni. sb. (De F. non satis constat.) (83) *inducet*] A. — *inducit* (F.) Pgsb. (84) — *subito* A. (Ibid.) *mirabere*] A. (F.?) gsb. — *mirabiles* P. (85) *de vento*] s. — *te vento* AFPg. — *cum vento* de g. susp. b. — *gelido protinus* om. *modo* A. (Ibid.) *imbre*] A(F)gsb. — *hymber* P. (86) *Lucens*] gsb. — *Lucent* FP. — *Lucet et alternavit nube s.* A. (87) *Si Venus*] de g. coni. b. — *Sin Venus* s. — *Sin levis* AFPg. — *canri* P. (88) *non ulli*] (F.?) de g. emend. sb. — *nonnulli* APg. (Ibid.) *corpora*] A. (firmans g. coni.) s. — *corpore* Pgb. De F. non satis constat. (89) — *densi* A. (91) — *cum* F. — *sidera* A. (92) *Ac*] Pgsb. — *Ad* A. — *At* F. ∞ *rabidis* recta g. susp. (Ibid.) *eadem*] A. — *idem* (F.) Pgsb. — *aestuat* AP. (93) *Efficiet*] A. (firmans g. coni.) sb. — *Efficient* FPg. (Ibid.) *magni signo conspecta*] A. — *magni conspectat signa* F. — *magni conspecta* (sic) *signa* P. — — *magni conspectu signa* g. — *magni quum spectat signa* de g. coni. sb. (94) *plenique* de g. coni. s. — *plerique* AFPg. — *plenaque* b. — *flagores* A. (96) *Detrahit*] AFPgs. — *Attrahit* de g.

Virgine erunt pluviae plenique in nube fragores,
Concava quos reddunt incluso nubila vento.
Detrahit autumno pluvias eademque replevit,
Nubibus assiduis caelum †ob frigora prima
†Extremum autumni superent glacialia terrae.
Scorpios at raris, ne quid cava terra gravetur,
Horrebit pluviis. At diris omnia nimbis
Continuisque ruent, quum per sinuosa feretur
Cornua Centauri rapide distenta Sagitta.
Aegoceros imbres et crebro fulmine ruptos
Nubibus elidet sonitus tremuloque nitore
Flagrantis teli mortalia lumina vincet.
Haec eadem fundens praedicit Aquarius imbrem.
 Extremi saevis maria increbrescere ventis
Ostendent Pisces, Veneris quos stella notarit.

coni. b. (Ibid.) *replevit*] A. — *repellit* FPgsb. (97) *caelum ob*] A. — *caelumque ob* FPg. — *caelum, ne* s. — *Chele; neque* de g. coni. b. (Ibid.) *frigora*] FPgsb. — *frigore* A. (98) *superent*] AFPgsb. ∞ *superet* g. suspic. (Ibid.) *glacialia terrae*] FPg. — *glaciaterrorore* (sic) A. — *glacialia Librae* de g. coni. sb. — In Add. s. sic.: *caelum, ne frigora prima Extremum autumni superent glacialia, Libra.* Quum nec Grotii nec Schwartzii rationes rectam sententiam praebeant, corrupta servavi. (99) = *Scorpius* b. — *ad raris* A. (Ibid.) *ne quid*] de g. coni. sb. — *ne quis* AFPg. (Ibid.) *gravetur*] AFPgs. — *queratur* de g. supervacanea coni. b. (100) — *pluvis* A. (Ibid.) *at diris omnia nimbis*] de g. coni. sb. — *addiris o. nimbos* A. — *ad diros o. nimbos* FPg. (101) *Continuisque*] AFP. (prob. g.) sb. — *Continuosque* Morel. g. (Ibid.) *ruent*] s. — *ruet* A. — *ruit* FPg. — *fluent* de g. coni. b. — *sinua* A. (Ibid.) *feretur*] de g. coni. s. — *tenetur* AFPgb. (102) *rapide* dedi de g. coni. — *rapida* AFPgsb. (Ibid.) *distenta*] de g. coni. sb. — *distincta* AFPg. (103) — *hymbres* P. (Ibid.) *fulmine*] A. firmans coni. Wakefieldi ad Lucret. 2, 1102. — *lumine* FPgsb. (104) *elidet*] Pgsb. — *eludet* F. — *etludet* A. (105) — *caeli* F. (Ibid.) *mortalia lumina vincet*] s. et Wakef. l. l. — *mortalia numina vincent* AFPg. — *mortales numina vincent* de g. coni. b. (106) — *hymbrem* P. (107) *Extremi*] A. (firmans g. coni.) sb. — *Extremis* FPg. — *saevi* A. (Ibid.) *increbrescere*] Agb. = *increbescere* (F.) Ps. (108) *Ostendent*] A. — *Ostendunt* (F.) Pgsb. — *venerisq; stella* A. (Ibid.) *notarit*] FPgs. — *notarint* A. — *natavit* de g. coni. b. (109) — *Est* A. (Ibid.) *certis exstat via*] FPgsb. — *certis ratiuiam* (sic) A. Quum v. *exstat* et per se hic admodum langueat et suspectissimum fiat propter varietatem Cd. A., equidem puto fuisse:

Et quoniam certis †exstat via cognita signis,
Accipe, quid moveat mundo Cyllenius ignis,
Si modo Phoebei flammas evaserit axis,
Matutina ferens solitos per sidera cursus.
Quum pecudis villis aurati fulserit astro,
Ventorumque graves et dirae grandinis irae
Non intermisso patiendae tempore surgent.
Quin pluvias alias alia in regione notabis
Affore; non omni namque est tunc imber in arvo.
Ast ubi se Tauri sinuatis cornibus effert,
Grandine significat. Geminis tranquilla serenti
Et placidum nautis spondet caelumque fretumque,
Nubilaque atque imbres, aestus ac frigora miscet.
Certus at ardor erit, quamvis iuvet aura Favoni,
Quum vasti calida radiabit sede Leonis.

Et quoniam certis satis est via cognita signis. (110) *quid moveat mundo*] gsb. — *quid moveat mundu* (sic) A. — *quod moneat mundo* F. — *quid moneat mundum* g. susp. — Omittit hunc v. P. Unde autem suppletus est iam ante Grotium? Certum hoc est vestigium, ab Editore aliquo post Pisanum inspectum esse codicem, simillimum sane Siciliensi; alioqui plura is supplevisset, mutasset, correxisset. (111) ∾ *effugerit* A. (112) — *solitus* A. — *sydere* P. (113) *pecudis villis*] de g. coni. sb. — *pecudum villis* FPg. — *pricum ullis* (sic) A. — *aurati* A.] — *auratum* FPgsb. — *fulxerit* FP. — *astro*] A. — *astrum* FPgsb. Sed h. l. ut in seqq. subiectum est *Cyllenius ignis.* (114) — *dira* A. (115) *patiendae*] A. — *patienti* FPg. — *quatiendi* de g. coni. b. — *pariendi* s. coni. (116) — *alias pluvias* A. (Ibid.) *alia in*] s. coni. — *etiam in* APFgb. (117) *non omni*] AFPgs. — *non minimus* de g. coni. b. — *hymber* P. (Ibid.) *in arvo*] Sic scripsi de s. suspic. — *in arvi* A. — *in arvis* FPg(s)b. (118) *Tauri*] A. (firmans s. suspic.) — *Taurus* FPg(s)b. (119) *Grandine significat*] AFPgs. — *Grandine (*pro: *grandini) signa facit* g. suspic. — *Grandini signa facit* b. (Ibid.) *Geminis*] AFPgs. — *Gemini* de g. coni. b. (Ibid.) *serenti*] s. coni. — *sereni* AFPgb. (120) *spondet*] AFPgs. — *spondent* de g. coni. b. (121) *Nubilaque atque*] AFPgb. — *Nubila atque ἀμέτρως* s. — *Soles atque* s. in Add. — *hymbres* P. — *aestus a frigore* A. (Ibid.) *miscet*] AFPgs. — *miscent* de g. coni. b. — „Pro *miscet* malim *Cancro* sc. spondet Mercurius. Nisi forte malis suspicari versum esse omissum, in quo Cancri mentio facta sit." Schwartz. (122) *Certus at ardor*] Sic scripsi; *at* ante syll. *ar* facile poterat excidere. — *Certus ardor* A. — *Certior ardor* FPgsb. (Ibid.) *iuvet*] A(F)Psb. — *iubet* g. (123) — *rabiavit* (sic per litt. *b*, *v*.) A. (124) *Astraei*] s. coni. — *ex-*

Templa sed Astraei simul ac possederit ignis,
Omnia mixta feret, pluvias tantummodo Libra,
Scorpio sed pluvias meditabitur; undique venti,
Undique grando venit, rumpuntur culmina nimbis.
Centauri attigerit quum iam Cyllenius arcum,
Aut ubi consurgit Capricornus et ipse biformis,
Aut subitos caelo deducet crebrius imbres,
Fulminis aut iactu magnum perrumpet Olympum.
Nulla serenato Capricornus nubila caelo
Comparat; at gelidos flatus caelique fragores
Non alio melius signo praedicere possis,
Piscibus haec eadem quamvis cognoscere fas sit.
Quandoquidem exortus mundo Cyllenius ignis
Quid faceret primo docui cum lumine Solis:
Tempus et occasus moneat quae discere Phoebi.

traeis (sic) A. — *aetherei* FPg. — *Astraeae* de g. coni. b. — *possiderit* A. — *igni* g. suspicio. (125. 126.) *Omnia* - - *undique venti*] Servavit haec unus A. In FPgsb. ita in unum versum contracta sunt: — *Omnia mixta feret, pluvias meditabitur ingens Undique grando* cet. (127) *culmina nimbis*] FPgsb. — *culminant imbres* A. — *fulmina* vel *flumina nimbis* Wakefield ad Lucret. 1, 1013. Malim: *rumpuntur culmine nimbi;* nimbi se praecipitant a culmine caeli; ut huius Fragmenti v. 76. *culmine ab alto.* (128) *arcum*] de g. coni. b. — *arcus* AFPgs. (129) — *consurget*] de g. coni. b. — *consurgit* FPgs. — *Aut idem ubi consurgit capricornis* (sic) *etdebiformis* (sic) A. (130) — *subito* A. (131) — *iactum agnum* A. — *perrumpet*] ut volebat g. A(F)sb. — *perrumpit* Pg. — *Olympo* A. e Graeca terminatione: ∞ *Olympon:* quam restituendam censeo. (133) *at gelidos*] de g. coni. sb. — *augelidos* A. — *aut gelidos* FPg. (134) — *medius* A. (135) — *quemvis* s. (Ibid.) *cognoscere fas sit*] FPgsb. ∞ *cognoscere detur* A. Etsi mira est varietas, *detur* tamen potius interpolatori deberi videtur, quam alterum. (136) *exortus*] s. coni. — *exoritur* AFPgb. — *Quandoquidem exoritur ignis quoque discedere phoebi* A. a pr. manu. A sec. deleta vv. *discedere phoebi* et superscr. *cyleneus:* ut sit: *Q. exoritur ignis quoque cyleneus.* (137) Sic scripsi e lect. Cd. A.; — *Quid faceret primo modo cuicum l. S.* — *Quid faceret primum docui cum l. S.* s. egregie divinans *docui*, quod ipsum latet in corruptis illis: *modo cuicum* A. — *Quid faceret primum modo cum l. S.* Pg. — *Quid faceret primum mundo cum culmine Solis* F. — *Quid faciat primo mundo cum lumine Solis* de g. coni. b. (138) Sic scripsi e lect. A.: — *Tempus et occasus moneatq.* (sic) *discedere phoebi* (in v. *discedere* litt. *de* punctis notatae, ut sit: *discere*) — *Tempus et occasus*

Ver erit hibernis totum exsecrabile nimbis
Et crebro tonitru ninget; florentia rura
Spesque novae segetis quatientur grandinis ictu.
Uretur caelum, magni quum regna Tonantis
Ingrediens Pecudis conscenderit aurea terga.
Hinc et Agenorei stellantia cornua Tauri,
Quidve ferant Gemini, rapido quid sidere Cancer,
Si penitus quaeres: Taurum saevire videbis
Grandine, nec contra ferri ratione probanda
Aut Cancrum aut Geminos: calidus vestigia servat
Hinc, quo ducta, Leo saevisque caloribus ardet.
Flatibus at gelidis miscet tranquilla severis
Spiciferâ Dea nota manu; nec Libra metenti
Dissentit divae; sed, ut haec, ventura serena
Nuntiat; at ventis cessat mare, cessat et aër.

moneat quoque discere Ph. FPg. — *Tempus et occasu moneat, quae discere Ph.* durissima constructione, scil. „Tempus discere et quae moneat occasu Phoebi." de g. coni. b. — *Iam quid ad occasus moneat quoque discito Phoebi* s. coni. Aliter rursus in Add., et minus recte: *exoritur mundo Cyllenius ignis. Quid faceret primum modo* (? volebatne: *docui?*) *cum lumine Solis: Tempus et occasus moneat quoque discere Phoebi.* (139) — *Verserit hibernis* A. — *Vix erit h.* F. (Ibid.) *exsecrabile*] Ag. = *execrabile* Psb. — *execrabile* F. (140) — *tonetru* A. (Ibid.) *ninget*] de g. coni. b. — *iunget* AFPgs. (141) — *Spes quae - - quantientur* A. (142) — *Urenturque caelumagni* (sic) A. (143) *pecudis conscenderit aurea*] Sic A. firmans s. coniecturam, quae audacissima videri poterat. — *pecudis ingreditur aurea* FPg. — *pecudis redit intrans aurea* de g. coni. b. (144) — *agenarei* P. — *artenorei* A., sed correctum a sec. manu. (145) Fortasse: *rabido.* — *sydere* P. (146) *quaeres*] Sic scripsi ex Cd. A. corruptela. — *quaeras* FPgsb. — *penitusq. res* (sic) A. (147) *Grandine, nec contra*] FPgsb. — *Grandine ntitcontra* superscr. *i*, ut sit: — *nititcontra* A. (148) *Cancrum aut Geminos*] de g. coni. sb. — *cancro aut geminis* AFPg. (149) *Hinc quo ducta*] Sic scripsi. — *Hinc quo dicta* A. — *Hic quo dicta* Pg. — *Hic quoque dicta* F. — *Haec quae dicta* de g. coni. sb. (150) Sic scripsi. — *Flatus* (sic) *adgelidis miscet tranquilla serenis.* A. Sed requiritur vocabulum, quod opponatur v. *tranquilla.* Hoc puto fuisse *severis;* Lucretiani illius memor: *pelageque severa.* — *Flatus at geminis miscet tranquilla serenis* FPg. — *Flatibus at Gemini miscent tranquilla sereni* de g. coni. b. Itemque s., sed: *serenis.* g. autem totum vers. pro subditicio habuit, quia de Geminis inepte denuo verba fecisse interpolatorem putabat. Nunc apparet ex

Scorpios in pluvias rarus; sed nubibus atris
Creber agit nimbos et saeva tonitrua portat,
Clara Sagittiferi tetigit quum lumina signi.
Aegocero semper caelo levis excidit imber;
Frigidus at rapidis horrebit Aquarius Euris
Brumalesque dabit pluvias atque igne perenni
Cum sonitu quatiet nubes. Si cura sagacem
Non frustrans animum certo me limite ducit,
Haec eadem tibi signa dabunt non irrita Pisces.

III.

Una via est Solis bis senis lucida signis.
Hac rapitur Phoebe; per idem Cythereius ignis
Fertur iter, per idem cristatus vertice Mavors

A. per foedum errorem hic introductos esse Geminos. (151) *Spicifera dea nota manu, nec Libra metenti*] Sic scripsi proxime ad Cd. A.: — *Specifer* (sic) *adeumita* (vel ut etiam legi potest: *adeanuta*) *manu nec libera tendenti.* — *Spiciferaeque manu tendenti libera nutu* FPg. In quibus sententia nulla inest: metri causa inversum vides vetustioris lectionis ordinem; factum autem ex illo *mita* vel *nuta* Cd. A. *nutu*. In v. *tendenti* eo loco posito, quo est in Cd. A., latet attributum aliquod v. *divae*. Id reposui, quod maxime convenire videbatur. — *Spiciferaesque manu tendenti nubila Libra* de g. coni. b. — *Spiciferaque manu pendenti Libera nutu* s. coni. (152) — *Dissentit Librae* s. coni. (Ibid.) *sed ut haec*] AFPg. — *sed enim haec* de g. coni. b. — *solum haec* s. coni. (153) *at ventis*] Sic scripsi. Poteram etiam: *a ventis.* — *adventis* A. — *et ventis* FPgsb. (154) — *astris* A. (156) — *sigtaiferi* A. — *lumine* A. (157) — *excidis* A. — *hymber* P. (158) — *adrapidis* A. — *at madidis* Cort. ad Lucan. 1, 219. (159) — *Brumatusque* A. (160) *si cura sagacem*] Sic scripsi. — *secura sagem* (sic) A. — *secura laboris* FPg. — *si cura laboris* de g. coni. sb. (161) *frustrans*] FPgsb. — *frustrat* A. (Ibid.) *ducit*] Sic scripsi. — *dicit* A. — *ducut* FPgsb. (162) = *inrita* A.

III. Habent hoc fragmentum Cdd. BEG. Abest a Cdd. AF. et Editione principe. Grotius dedit in Annotatt. ad v. 526. suae Ed. Huc collocavit Schwartzius. Ceterum vide, quae notavi ad Phaenomenon v. 534. Unde probabile fit quattuor prima vocabula ita, ut nunc leguntur, interpolata esse ex his Germanici: *Haec via Solis erit.* Omnino minime quadrat voc. *una*, quod h. l. contra Latinitatem articuli Italorum infiniti significatum habet. (1) — *bisenis* E. (non B.) (2) — *Ac* BE. — *Phoebee* BEG. (4) *caelique*] s. — *caeloque* BEGgb.

**Mercuriusque celer, regno caelique verendus
Iuppiter et tristi Saturnus lumine tardus.
Omnibus his gemini motus; quorum alter ab ipsis
Nascitur et proprios ostendit sidere nisus,
(Tunc mundum subeunt lento pede:) concitus alter
Invitos rapit et caeli circumrotat orbem.
Annua Sol medius designat tempora, Phoebe
Menstrua; namque anno Solem remeare videbis,
Moverit unde suos currus per signa volantes.
Hoc peragit spatium breviore citatior orbe
Mensem expleturis Phoebe contenta diebus.
Annuus est Veneri cursus, neque tardior illa
Mercurius: binos Gradivus perficit orbes.**

* * * * * * * * * * * *

IV.

Priscianus in libro *de ponderib. et mensur.* p. 859. Putsch. Krehl. Vol. 2. p. 402.: Caesar in Arato:

**— Cur divite lingua
† Graecia praecurram potius quam triangula dicam?**

(5) — *et tistiter* (sic) *Saturnus* E. (8) — *pede alter* om. *concitus* E. (non B.) (9) *circumrotat*] gsb. — *circum notat* BEG. (10) — *tempore* B. (non E.) — *Phoebee* BEG. (11) *namque anno*] gsb. — *nam qua anno* BEG. (12) = *volantis* BE. (13) *spatium breviore*] gsb. — *spatio brevior* BEG. In B. superscr. *q'*, ut sit; *breviorque*. (14) *contenta*] gsb. — *contemta* E. — *contempta* BG. (15) — *Annus* B. (16) — *Gradius* E. = *orbis* E.

IV. Addidit hoc fragmentum Schwartzius. (2) Sic Cod. Einsiedlensis Prisciani et Edd.; id quod intelligi nequit. Schwartzius volebat:

Graeca τρίςγωνον (sic) *potius quam triangula dicam?*

Sed videtur hoc requiri:

*Cur divite lingua
Graecia praecurrat? potius, quam triangula, dicam
Signa trigona?* — — — —

Voc. *triangula* tribus syllabis constare fecit, utcunque scribetur. Iam cfr. Manilium 2, 276. *Et quaecunque ferit, dicuntur signa*

trigona. Fieri autem potest, ut his ipsis versiculis Germanicus Caesar reprehenderit Manilium. Quód si probabile est, novum atque insperatum hic habemus de Manilii aetate testimonium.

ADDE.

V. 123. Longe probabilior quam Grotiana coniectura *tristique genas abscondita vitta* est Salmasiana (Tertull. *de pallio.* Lutetiae Paris. 1622. 8. p. 117.) *tristique genas abscondita rica*, a Gesnero et Forcellino in *Thesauris* v. *rica* sine auctoris nomine memorata.

PERVIGILIUM VENERIS

AD

CODD. SALMAS. ET PITH.

EXACTUM.

PRAEFATIO.

Rem gratam philologis facturum me confido, Pervigilio Veneris, semidocto et plebeio, sed tamen tenero ac molli poëmate ad utrumque, qui nunc superest, Codicem Salmas. et Pith. accuratius, quam unquam ante factum est, exacto. Nimias utique quum multi laudes ei tribuant, numerorum in primis, tum nonnullarum etiam imaginum deliciis capti, alii rursus, homines nimis tristes ac severi, malignius quam verius de eodem iudicium ferre solent. Etenim a poëta Afro seculi tertii exeuntis vel quarti post Christum natum hi perfectam D. Augusti aetatis elegantiam sensusque vere Romanos quum requirant, vix aliter fieri potest, quam ut acerrime in hominem prorsus innocentem invehantur. Itaque nuper factum vidi a philologo quodam Hegeliano, quorum saepenumero permira sunt iudicia. Nos, qui nullis unquam Sophistarum scholis obnoxii, antiquitatem ipsam per se et spectamus et cognovimus, saepissime in alia omnia abeamus necesse est: rectiusque omnino de tota istarum scholarum stultitia, quae certam atque unice veram sapientiam, scientiam, veritatem arrogantissime sese iactitat, aliquando iudicabit posteritas.

Afrum poëtam fuisse, et quidem eius seculi, quod praedixi, colligo tum ex ipsa sermonis indole, tum ex illa verborum ac sententiarum ubertate semper diffluente, etsi metro trochaico, cuius leges vix unquam violasse censendus est, aliquatenus est coërcita, magis utique, quam ferebat ipsius scriptoris ingenium. Sed qui Appuleium, qui Tertullianum atque Arnobium

probe norit, tum etiam Fulgentium — ut Commodianum, poëtam prorsus plebeium, et Corippum, infelicissimum veterum imitatorem, taceam — nae ille haud multum abhorrebit ab hac mea sententia. Quam remissionem animi ac voluntariam dissolutionem, liberam tamen a flagitiis et, quum honestae indulgeat voluptati, libidini obnoxia non sit, totius rerum naturae amoenitatem penitus persentiscentem, uti a plerisque mortalium fit in beatis illis regionibus Italiae, Hispaniae, olim etiam Africae provinciae; talem, inquam, ubi hominis indolem animo tibi informaveris, id quod sane difficile severioribus est Germanis, mihi facilius, qui adolescens septem per annos Italiae florentissimam partem incolui, aequius iam et rectius iudicabis de Pervigilio Veneris, quod Momi aut Plutonis Pervigilium, ut velle videtur philologus ille, omnino esse nec poterat nec debebat; nec vero tu talis poëmatis verba et sententias rediges ad regulam vel Catulli vel Horatii, quorum fortasse ex parte aemulus evasisset poëta noster, eorum si aequalis fuisset. Nunc vel ipsa tempora obstabant, quo minus eos aequipararet. Sed utinam plura etiam talia neque peiora nobis superessent! Libenter equidem alterum saltem Pisaurense Christianorum poëtarum volumen vel hodie flammis traderem, si huiuscemodi aliquot gentilium nugas illo possem redimere.

Sed teneamus, quae habemus: iisdemque utamur, ut consentaneum nostrae est disciplinae. Quis vero Pervigilium hoc composuerit, mortales nunc prorsus ignorant; idque solum restat, ut erroribus de certa aliqua persona vel iam pridem vel nuper etiam sparsis obviam eamus. De Catullo Veronensi Aldi et Erasmi, de Catullo Urbicario Scaligeri, de Barthii Seneca, nomine per mediam aetatem fere promiscuo, de Scriverii Luxorio, poëta prorsus scholastico neque

ulla ex parte cum Afro nostro comparando, denique de Floro Wernsdorfii nemo sanus, ut opinor, iam cogitabit. Quae autem suspicio moveri poterat ex iis, quae Wernsdorfius retulit in *Addendis* Vol. 5. P. 2. p. 1466.: „Gyraldus de poëtis Dial. IV. p. 262. (in Edit. Basil. anni 1580. est p. 194. a. — duplicantur enim numeri:) haec habet: Fuit et Theodosius Tripolites, ut puto, ex Africa, qui carmen composuit, quod *Ver* inscripsit:" — ea vero suspicio, in quam quis re haud accuratius examinata ideo incidere poterat, quia in Aldi codice nostrum poëma *Ver* erat inscriptum, statim evanescet, ubi memineris haec omnia simpliciter exscripta esse e Suida in v. *Θεοδόσιος* Ed. Kusteri Vol. 2. p. 174. Satis autem explosum iam ab aliis video Sarpii errorem in *Quaestionibus philol.* Rostochii 1819. p. 36. commissum, qui nimia sagacitate abusus, propter Barthiani fragmenti indicem hoc poëma, exceptis primis versibus numero XXII. tribuebat Thomae Senecae Camerti, homini Italo Sec. XV., notissimo veterum scriptorum interpolatori, quum tamen poëmatis codices ipsi sex septemve seculis huiusce Senecae aetatem praecedant. Id unum certum est antiquiorem fuisse nostrum poëtam Fulgentio, qui duos eius versiculos imitatus est vel potius impudenter transcripsit in Mytholog. Lib. I. p. 605. Ed. van Staveren:

Ferte gradum properantes
De viretis collium,
Ubi guttas florulentas
Mane rorant purpurae;
Humor algens, quem serenis
Astra sudant noctibus.

Nam quod Wernsdorfius, praeiudicio facto de Floro suo (Tom. 3. p. 449.) censuit a Calpurnio quaedam e Pervigilio deprompta esse, id rectius convertere

licet, si tamen in imagine tam pervagata atque haec est: *tauri sub hirsuta latus explicuere genista* et in verbis *nec me Phoebus respicit* ulla unquam imitatio locum habuit.

Quod iam ad criticam poematis huiusce rationem attinet, illi etiam philologi, qui fautorum potius quam reprehensorum partibus susceptis, in eo elaborarunt, ut in integrum restituerent opusculum saepenumero corruptum, ea in re maxime peccasse videntur, quod ad perfectam meliorum aetatum formulam id exacturi, coniecturae licentius indulserunt. Certatim ergo usque ad hodiernum diem cumulatae sunt emendationes, suspiciones, traiectiones: idque minus etiam mirum vel ideo, quod ex ipsis Lipsii atque Salmasii curis haud satis certe sciri poterat, quid tandem scriptum exstet in Codicibus illis duobus, qui aetatem tulerunt, scilicet Salmasiano, nunc Regio, nullo numero insignito, Seculi VII. vel VIII. ineuntis et Pithoeano sive Thuaneo nunc itidem Regio N. 8071. Sec. IX. vel X. ineuntis *). Intererat igitur literarum Latinarum, ut tandem utriusque lectio accuratius quam unquam ante factum est proponeretur; quod ut fieri posset duorum amicorum prolixa effecit benignitas. Videlicet Silligius misit mihi apographum Cod. Pithoeani collatum cum Salmasiano, Hauthalius apographum huius collatum cum illo; adeo ut, paucissimis iisque levioris momenti exceptis, pro certo nunc demum sciamus, quid in singulis uterque exhibeat. Iam vero ut antiquior, sic etiam quod ad lectionem ipsam pertinet longe praestantior est Salmasianus, ita tamen, ut nonnulla necessario e Pithoeano corrigi debeant. Tanta est autem inter utrumque discrepantia, ut manifesto ex diversis exemplaribus sint descripti. Iam tertium

*) Consule de utroque ea, quae Silligius V. C. disputavit in Jahn *Jahrbücher Band.* VIII. p. 201.

donum gratissimum debeo Riglero, qui mecum communicavit disputatiunculam sic inscriptam: *Examina Gymnasii Cliviensis VI. et VII. ante Idus Septembres* MDCCCXXIX. *publice indicit* Fridericus Antonius Rigler, *scholae director. Insunt annotationes maximam partem criticae in poëtas Latinos, qui minores vocantur. Appendix syllogen continens animadversionum in librum* Manethonis *Apotelesm. secundum: denique annales scholae.* Cliviae *ex officina Kochiana.* 4°.; in qua una cum amico Axtio complures Pervigilii locos docte tractavit. His muneribus acceptis id negotii habui, ut excuterem editiones, quae mihi praesto erant, Lipsianam *Electorum Lib.* I. *Cap.* 5. Ed. Antverp. 1611. Salmasio-Scriverianam in D. Baudii *Amoribus* Lugd. Bat. 1638. Ed. cum annotatt. varior. Hagae-Comitis 1712., Sanadonianam (1729), Bouhierianam (1737) Gottingensem anni 1742., quam I. M. Gesnero sunt qui tribuant, Wernsdorfianam, Schulzianam*), Moebianam (1816), Viri docti interpretationem in Wolfii Analectis Vol. 2. p. 558., Lindemannianam repetitionem in *selectis e poëtis Latinis carminibus* (1823). Minime autem opus erat, ut omnes et coniecturae et errores VV. DD. memorarentur; sed in iis substiti, quae vere conferre viderentur ad carminis criticam tractationem ac necessario significari debebant, ubi abeundum duxeram ab amborum Cdd. lectionibus: recentiorum tamen post Wernsdorfium, Schulzii praesertim, Rigleri et Axtii iudicia omnia retuli. Quae ex altero utro Codice deprompta sint mea in recensione, per se apparet inspecto utriusque exemplari.

---

*) Incerti Auctoris Pervigilium Veneris, commentario perpetuo illustratum, prooemio et lectionis varietate instructum. Dissertatio philologica, quam, consentiente amplissimo philosophorum ordine pro facultate legendi die XXI. Martii MDCCCXII. publice defendet Ernestus Conr. Fridericus Schulze, doctor philosophiae. Gottingae, typis I. C. Baier, typogr. Acad. 4°.

COD. SALMASII SINE NUMERO.

(Descriptus a Ferdinando Hauthalio ab eodemque cum Pith. collatus.)

Incipit. Per. virgilium (*sic, sed a secunda manu.*) veneris trocaico. metro sunt vero versus. XXII.

Cras amet qui nunquam amabit quique amavit. cras amet
Ver novum veriam canorum: vere natus iovis est
Vere concordant amores. vere nubunt alites.
Et nemus comam resolvit de maritis imbribus
Cras amorum copulatrix. inter umbras arborum
Iuplicat gaza virentis. de flagello mirteo
Cras dione iura dicit fultas sublime trono
Cras amet qui nunquam amavit. quique amavit cras amet
Tunc cruore de superbo spumeo pontus globo
Cerulas inter catervas inter et bipedes equos
Fecit undantem dionem de maritis imbribus
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Ipsa gemmis purpurantem pingit annum floribus
Ipsa surgentes papillas de faboni spiritu
Urget innotos penates ipsas roris lucidi
Noctis aura quem relinquit spargit tumentis aquas
Et micanat lacrimas trementes decaduco pondere
Gutta praeceps urbe parvo sustine casus suos
In pudore floru lente prodiderunt purpore

Vers. 1. *amabit*] a sec. manu: *amavit.* 17. *micanat*] iunctim Hauth. *mi canat* divise Sill.

COD. PITHOEI SIVE IAC. AUG. THUANI N. 8071.

(Descriptus a Iulio Silligio ab eodemque cum Salmas. collatus.)

Cras amet qui nunquam amavit quique cras amavit amet
Ver novum ver iam canorum ver natus orbis est
Vere concordant amaiores vere nubent alites
Et nemus conam resolvet de maritis imbribus
Cras amorem copulatrix inter umbras arborum
Inplicat gazas virentes de flagello myrteo
Cras dione iura dicit fulta sublimi trono
Cras amet qui nunquam amavit quinque amavit cras amet
Tuno quiuore desuper hucspumeo pont' de glovo
Cerulas inter catervas interetui pedes equos
Fecit undantem dione de maritis imbribus
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Ipsa gemmas purpurantem pingit annum floribus
Ipsa surgentis papillas de fabonis paritu
Urguet in totos pentes ipsa roris lucidi
Noctis aura quem relinquid spargit tumentis aquas
Et me canat lacrime trementes deca dum pondere
Gutta preceps orbe parvo sustinet casus suos
In pudorem florulente prodiderunt pupure

Vers. 10. *interetui*] Sic Hauth. *intereau* Sill. 14. *paritu*] a sec. m. literae *a* superscr. *o* Hauth. *u* Sill., ut sit: *poritu* vel *puritu*. 19. *pupure*] Hauth. *pupurae* Sill.

Humor ille quem serenis astra rorant noctibus
Mane virgineas papillas solvit tumenti peplo
Ipsa iussit manet tute virgines nubant rosae
Facta prius de cruore deque amoris osculis
Deque gemmis deque flammis deque solis purporis
Cras ruborem qui latebat veste tectus ignea
Unica marita noto non pudebit solvere
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Ipsa nimfas diva luco iussit ire myrteo
Et puer comes puellis nec tamen credi potest
Esse amorem feriatum si sagittas vexerit
In te nimfe posuit arma feriatus est amor
Iussus e inermis ire nudos ire iussus est
Neu quid arcu neu sagitta neu quid igne lederet
Sed tamen nimfe cavete quod cupido pulcer est
Totus est inermis si dē quando nudus est amor
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Conpari venus pudore mittit ad te virgines
Unam res est quam rogamus cede virgo delia
Ut nemus sit incruentum deferinis tragibus
Ipsa vellit erogare si pudicam flecteret
Ipa vellit ut venires si deceret virginem
Iam tribus chorus videres feriatis noctibus
Congreges inter catervas ire per saltus tuos
Floreas inter coronas myrteo inter casas
Nec ceres nec baccus absunt nec poetarum deus
De tinente tota nox est pervíclanda canticis
Regnet in silvis dione ture cede delia
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet

35. *si dē*] Rasura inter *si* et *dē*. 45. *poetarum*] Sic Hauth. *potearum* Sill. 46. *De tinente*] Sic Hauth. *Detinente* Sill.

Umor ille quem serenis astnx rorant notibus
Mane virgineas papilla solvi tumenti peplo
Ip˜ iussit mane tuae virgines nubant rosae
Fusta prius de cruore detque amoris oculis
Deque gemmis deque flammis deque solis pupuris
Cras ruborem qui latebat veste tectus ignea
Unica marito nodo non pudent solvere
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Ipsa nimfas diva loco iussit ire myrteo
Et puer comis puellis nec tamen credi potest
Esse amorem feriatum si sagittas vexerit
Ite nymfe. posuit arma feriatus est amor
Iussus ẽ inermis ire durus ire iussus est
Neuquid acuneo sagitta neu quid digne lederet
Sed tamen nymfe cavete quod cupido pulcher est
Totus est inermis idem quando nudus est amor
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Conpar iuvenis pudore mittit ad te virgines
Una re est quam rogamus cede virgo delia
Utne nussit incruendum deferinis stragibus
* * * * * * * * * * *
Ipsa vellet ut veniret si diceret virginem
Iam tribus coros videres feriatis noctibus
Congreges inter catervas ire per saltus tuos
Floreas inter coronas mysteas inter casas
Necteres nec baccas absunt nec poetarum deas
Detinent et tota nox est pervigila canticis
Regnet in silvis dione tu recede delia
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet

20. *astnx*] „Sic:" Hauth. 23. *detque*] Hauth. *decque* Sill. 24. *pupuris*] Hauth. *purpuris* Sill. 26. *marito*] Hauth. *marita* Sill. 37. *Conpar iuvenis*] E Pith. haud notavit Hauth. 39. *deferinis*] Sic Hauth. *deferimus* Sill. 40. Abest a Pith. 41. *veniret*] Non notavit Hauth. 42. *coros*] superscr.: *h.* 44. *mysteas*] Sic Hauth. *myrteas* Sill. 45. *poetarum deas*] Sic Hauth. *poetas umdeas* Sill. 46. *pervigila*] Sic Sill. *per vigila* Hauth.

Iussit hyblei tribuunt stare diva floribus
Praesens ipsa iura dicit adsederunt gratiae •
Hibla totus fundet quidquid annos adtullit
Hibla florum superestem quantus et nec campus est
Ruris hic erunt puellae vel puellae montium
Quaeque silvas quae locus queque montes incolunt
Iussit omnes adsidere pueri mater alitis
Iussit et nudo puellas nil amori credere
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Et rigentibus virentes duo adumbra floribus
Cras erit quo primus ethercopolavit nuptias
Ut pater totis creavit vernis annum nubibus
In sinum maritus imber fluxit alme coniugis
Unde flaetus mixtus omnis alteret magno corpore
Ipsa venas adque mentem permeanti spiritu
Intus ocultis gobernat procreatis viribus
Per quem caelum per quem terras per que pontum subditum
Pervium sui tenderem semina litramite
Inbuit iussitque mundum nosse nascendi vias
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Ipsa troianos nepotes in latinos transtulit
Ipa laurentem puellam coniugem nato dedit
Moxque marti de sacello dat pudicam virginem
Romuleas ipsas fecit cum sabinis nuptias
Unde samnes et quirites proque prole posterum
Romoli matrem crearet et nepotem caesarem
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Rura fecundat voluptas rura venerem sentiunt
Ipse amor puer dione rure natu dicitur

49. *tribuunt*] Sic Hauth. Non notavit Sill. 51. Omittit *flores* Salm. 52. *et nec*] Sic Hauth. *et ne* Sill. 64. *ocultis* uterque Cod.

Ius sit ybleis tribunal stare diva floribus
Praesens ipsa iura dicit adsederunt gratiae
Hibla totos funde flores quicquid annis adtulit
Hibla florum rumperes tequant' ethne campus est
Ruris hic erunt puellae vel puellae montium
Quaeque silvasque locos queque montes incolunt
Iussit omnis adsidere pueri mater alitas
Iussit et nullo puellas nil amoti credere
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Et rigentibus vergentes ducat umbras floribus
Cras erit qui primus aether copulavit nuptias
Ut pater totis crearet vernis annum nubibus
In sinum maritus imber fluctus alma et coniugis
Ut fletus mitus omnis aleret magno corpore
Ipsa vernas atque mentem permeante spiritu
Intus ocultis gubernat procreatrix viribus
Per que caelum per que terras per que pontum subditum
Pervium sui tenorem semina litram ite.
Inbuit iussitque mundum noscenascendi vias
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Ipsa troianos nec potes in latino transtulit
Ipsa laurentem puellam coniugem nato dedit
Moxque marti de sacello dat pudicam virginem
Rumuleas ipsa fecit cum savinis nuptias
Unde rames et quirites proque prole posterum
Romoli matrem crearet et nepotem caesarem
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Rura facundat voluptas rura venerem sentiunt
Ipse amor puer dione rure natus dicitur

49. *tribunal*] Non notavit Hauth. (*Iussit* hic quoque Sill.) 52. Sill. sic legit in Cd.: *rumperes teque' vant' ethne.* 62. *mitus*] superscr. est *x*. 63. *vernas*] non notavit Hauth.; sed habet sic etiam Lips.

Hunc ager cum parturiret ipsa suscepit sinū
Ipsa florum deligatis educavit osculis
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Ecce iam super genestas explicat aonii latus
Quisque tutus quo tenetur coniugali faedere
Subter umbras cum maritis ecce balantum gregis
Et canoras non tacere diva iussit alites
Iam loquaces ore rauco stangna quinni perstrepunt
Adsonat terei puella subter umbram popoli
Ut putes motus amoris ore dicimus sico
Et neges queris sororem de marito barbaro
Illa cantat nos tacemus quan vir venit meum
Quando fiam ut caelidonut tacere desinam
Perdimus am tacendo nec me foebus respicit
Sic amiclas cum taceret perdedit silentium
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet.

91. *Perdimus*] a sec. m. superscr. *di;* ut sit *perdidimus.*

Hunc ager cum pturiret ipsa suscepit sinu
Ipsa florum delicatis educavit osculis
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet
Ecce iam super genestas explicat aonii latus
Quisque tuus quo tenetur cum iugali federe
Subter umbras cum maritis eccevalantum gregum
Et canores non tacere diva iussit alites
Iam loquaces ore rauco stagna cigni perstrepunt
Adsonanteaereipuellae supterumbram populi
Ut putas motus amoris ore dicimus i co
E et neges queri sororem de marito barbaro
Illa cantat nos tacemus quando ver venit meum
Quando faciam ut celidon ut taceret desinam
Perdidimus antacendo nē me foebus respicit
Sic amidas cum taceret perdidit silentium
Cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet.

78. *pturiret* cum lin. subter lit. *p*. Id est proprie, *perturiret*.
88. *neges*] Sic Hauth. Sill. legisse videtur *reges*.

I.

Varietas Ed. Lipsianae in Electorum Lib. I. Cap. 5. Ed. Antverp. 1611. comparatae cum nostro exemplari Cod. Pithoeani.

Vers. 1. amavit cras — 4. amores — 5. comam resolvit — 10. inter et bipedes — 14. Faboni paritu — 16. relinquit - umentis — 17. detadum — 19. florulentae - purpurae — 20. astra - noetibus — 21. solvit umenti — 22. Ipiussit — 23. deque — 24. purpuris — 31. nimfae — 32. Iussus est — 33. Neu quid arcu neu - - igne laederet — 34. nimfae - - pulcer — 37. Compari Venus — 38. res — 39. Ut nenus sit incruentum. — 41. veni- res, si deceret — 42. choros - - feriatos — 44. myrteas — 45. Ceres nec Bacchus - - deus — 46. cantibus — 49. Iussit hiblaeis — 52. rumperest equant' ethne cāp - (*sic*) — 54. silvas quaeque lucos quaeque — 56. Amori — 60. Ut pāt * totis — 62. Ut fletus immixtus — 64., occultis — 66. seminali tramite — 67. nosse nascendi — 69. nepotes — 72. Romuleas - Sabinis — 76. fecundat — 78. parturiret — 82. coniugali foedere — 83. ecce balantum gregem — 84. canoras — 85. cygni — 86. Adsonant aerei - - subter — 87. dici musico — 88. Et — 91. Perdidi Musam tacendo nec — 92. Amyclas cum tacerent.

II.

Varietas Ed. Salmasio-Scriverianae in D. Baudii Amoribus L. B. 1638. pag. 423. comparatae cum nostro exemplari Cod. Salmasiani.

Vers. 1. amavit — 2. ver iam - - vere natus orbis — 6. casas virentes - - myrteo — 7. fulta sublimi throno — 9. superno — 14. Favoni — 15. in notos - ipsa — 16. humentes — 17. Lacrimae micant trementes de caduco — 18. orbe - sustinet — 19. In pudorem florulentae - purpurae — 21. virgines - - humenti — 22. mane ut udae — 23. Facta Cypris — 24. purpuris — 25. tictus (*err. typogr.*) — 26. nodo — 28. nymfas (*et sic semper*) — 29. It — 31. Ite — 32. est inermis - nudus — 33. — laederet — 34 pulcher — 35. in armis idem — 38. Una — 39. de ferinis stragibus — 40. vellet te rogare — 41. vellet — 42. choros —

44. myrteas — 45. Bacchus — 46. De tenente - - pervigilanda — 47. tu recede — 49. Iussit Hyblaeis tribunal — 50. Praeses - - dicet, adsidebunt — 51. Hybla totos funde flores quotquot annus attulit 52. Hybla florum superestem quantus Etnae — 54. silvas quaeque lucos quaeque fontes — 58. Et recentibus virentes ducat umbras — 50. quo primus Aether copulavit — 60. crearet vernus — 61. almae — 62. fetus - omnes aleret — 63. atque - permeante — 64. gubernat procreatis — 65. Perque - perque — 66. tenorem seminali tramite — 70. Ipsa — 72. Romulumque; cum Sabinis fecit ipsa nuptias — 73. Ramnes - perque prolem posteram Romuli mater creavit — 77. natus — 78. sinu — 79. delicatis — 81. explicataonii — 83. greges — 85. stagna cygni — 86. Terei - - populi — 87. dici musico — 88. queri — 89. quando ver — 90. Quando faciam ut Chelidon ut — 91. Perdidi Musam — Phoebus — 92. Amyclas cum tacerent perdidit.

PERVIGILIUM VENERIS.

Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.
Ver novum, ver iam canorum, ver renatus orbis est.
Vere concordant amores, vere nubunt alites,
Et nemus comam resolvit de maritis imbribus.
Cras amorum copulatrix inter umbras arborum
Implicat casas virentes de flagello myrteo:
Cras Dione iura dicit fulta sublimi throno.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.
Tunc cruore de superno spumeo Pontus globo,
Caerulas inter catervas, inter et bipedes equos,
Fecit undantem Dionen de marinis imbribus.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.
Ipsa gemmis purpurantem pingit annum floribus;
Ipsa surgentes papillas de Favoni spiritu
Urget in notos penates; ipsa roris lucidi,
Noctis aura quem relinquit, spargit humentes aquas.
En micant lacrimae trementes de caduco pondere;
Gutta praeceps orbe parvo sustinet casus suos;
Hinc pudorem florulentae prodiderunt purpurae.
Humor ille, quem serenis astra rorant noctibus,
Mane virgines papillas solvit humenti peplo.

6. *gazas* Schulze. 9. *ac spumeo* S. 11. *Dionem* Wernsdorf. S. — *maritis* W. 14. *paritu* S. 17. *Lacrimae micant tr.* W. 17. *En* S.

Ipsa iussit, mane totae virgines nubant rosae.
Facta Cypris de cruore deque Amoris osculis
Deque gemmis deque flammis deque Solis purpuris,
Cras ruborem, qui latebat veste tectus ignea,
Unico marita nodo non pudebit solvere.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit,
cras amet.
Ipsa Nymphas Diva luco iussit ire myrteo.
It puer comes puellis: nec tamen credi potest,
Esse Amorem feriatum, si sagittas vexerit.
Ite, Nymphae; posuit arma, feriatus est Amor.
Iussus est inermis ire, nudus ire iussus est;
Neu quid arcu neu sagitta neu quid igne laederet,
Sed tamen cavete, Nymphae, quod Cupido pulcher est.
Totus est inermis idem, quando nudus est, Amor.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit,
cras amet
Compari Venus pudore mittit ad te virgines;
Una res est, quam rogamus: cede, virgo Delia:
Ut nemus sit incruentum de ferinis stragibus.
Ipsa vellet te rogare, si pudicam flecteret;
Ipsa vellet, ut venires, si deceret virginem:
Iam tribus choros videres feriatos noctibus,
Congreges inter catervas ire per saltus tuos;
Floreas inter coronas, myrteas inter casas.
Nec Ceres nec Bacchus absunt nec poëtarum Deus.
Detine te: tota nox est perviglanda canticis.
Regnet in silvis Dione; tu recede, Delia.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit,
cras amet.
Iussit Hyblaeis tribunal stare Diva floribus.
Praeses ipsa iura dicet, assidebunt Gratiae.

22. *mane ut udae* W. S. 28. *nymfas* W. 31. *nymfae* W. 34. *n. cavete* W. S. 35. *est in armis* W. 40. *erogare* S. 42. *feriantes* W. S. 46. *De tenente t.* W. S.

Hybla totos funde flores, quidquid annus attulit:
Hybla florum rumpe vestem, quantus Ennae campus est.
Ruris hîc erunt puellae vel puellae montium
Quaeque silvas quaeque lucos quaeque fontes incolunt;
Iussit omnes assidere pueri mater alitis,
Iussit et nudo puellas nil Amori credere.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet,
Et recentibus virentes ducat umbras floribus.
Cras erit, quo primus Aether copulavit nuptias.
Ut pater totis creavit vernus annum nubibus,
In sinum maritus imber fluxit almae coniugis,
Unde fetus mixtus omnes aleret magno corpore.
Ipsa venas atque mentem permeante spiritu
Intus occultis gubernat procreatrix viribus,
Perque caelum perque terras perque pontum subditum
Pervium sui tenorem seminali tramite
Imbuit iussitque mundum nosse nascendi vias.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit cras amet.
Ipsa Troianos Penates in Latinos transtulit,
Ipsa Laurentem puellam coniugem nato dedit;
Moxque Marti de sacello dat pudicam virginem;
Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias;
Unde Ramnes et Quirites proque prole posterûm
Romuli patrem crearet et nepotem Caesarem.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.
Rura fecundat voluptas, rura Venerem sentiunt.
Ipse Amor puer Dionae rure natus dicitur.
Hunc, ager quum parturiret, ipsa suscepit sinu;
Ipsa florum delicatis educavit osculis.

51. *quotquot* W. 52. *florum super ut exstet* W. Ib. *Aetnae* S. 59. *qui* S. 60. *crearet* W. S. 61. *fluxus almae* S. 69. *nepotes* W. S. 73. *Rhamnes* S.

Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.
Ecce iam super genestas explicant tauri latus:
Quisque tutus, quo tenetur, coniugali foedere.
Subter umbras cum maritis ecce balantum greges:
Et canoras non tacere Diva iussit alites.
Iam loquaces ore rauco stagna cygni perstrepunt.
Assonat Terei puella subter umbram populi,
Ut putes motus amoris ore dici musico
Et neges queri sororem de marito barbaro.
Illa cantat: nos tacemus. Quando ver venit meum?
Quando faciam uti Chelidon, ut tacere desinam?
Perdidi Musam tacendo, nec me Phoebus respicit.
Sic Amyclas, quum tacerent, perdidit silentium.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.

78. *Hunc ager, quum parturiret ipsa, s. s.* W. 81. *genistas* W. S. 83. *gregem* S. 90. *ut Chelidon* W.

ANNOTATIONES.

Vers. (2) *ver renatus orbis est*] Lips. Viri docti autem in Anal. Wolfii distinctio: *ver, renatus orbis, est* mihi argutior quam verior videtur. Nam aut simpliciter sic accipiendum, ut voluit Lipsius, aut leg.: — *vere natus orbis est* cum Pithoeo. (6) *casas*] Pith. e versu 43. *gazas* retinuit ac vindicare tentavit Schulze: „Myrtea umbracula, inquit, sunt quasi *gazae*, quibus flores herbaeque, veris thesauri, continentur." Attamen etiam in hoc poëta hoc nimis quaesitum videtur. (7) *toro* Lips. (9) *superno* Douza. (Ib.) — *ac spumeo*] Praeeunte Douza et Rivino, Sanadon et Schulze e lect. Cd. Pith.: — *desuper huc spumeo*. Sed omnis copulatio eiusmodi, et ea praesertim, quam voluerunt efficere per particulam *ac*. hic admodum videtur languere. Est: *in spumeo globo* quasi naturâ muliebri. Douza volebat: *ac spumeo ponti e globo*. Ceterum scripsi *Dionen* pro Cett. *Dionem*. (11) *de marinis*] dubitanter Rivinus. Probarunt Schulze, Lindem., Rigler. Multam post dubitationem ego quoque has in partes concessi. Praepositio *de* apud nostrum poëtam quamlibet fere habet significationem. Iam v. *undantem* necessario requirit attributum, quale inest in vv., quae tractamus. Hinc *maritis*, quod praebent Cdd., locum non habet. Scripsit igitur ille *de marinis*, id est, *undantem huc illuc per marinos fluctus*. Patienter autem ferendus est lusus vv. inter hunc versiculum et v. 4. *de maritis imbribus*, in quo aliquando offendebam. Cfr. de praepos. *de* apud Afros scriptores Oudendorp ad Appul. T. I. p. 250. (13) *Ipsa gemmis purpurantem pingit annum floridis* Rigler, recte annotans, *gemmis* positum non esse posse pro *gemmeis*. Verum enimvero cum Axtio explicandum censeo: „*Ipsa annum floribus pingit, ut (quasi) gemmis purpuret.*" Cod. Pith. lectio: *gemmas purpurantem* cet. memorabilis, nec tamen vera est. Minime enim convenit, ut explicemus: „purpurantem, quod attinet ad gemmas, oculos, (*Knospen*)." (14) ∞ *turgentes* Lips. Placet. (Ibid.) *de Favoni spiritu*] — *de Favoni paritu* quasi Cd. Pith. lectionem retinuit Schulze. Sed nunc scimus Cd. Pith. habere a pr. manu: *de Fabonis puritu*, male separatis literis, ut fit in Cdd. Secc. VIII. et IX. e continenti antiquiorum scriptura descriptis. Facessat igitur in posterum inauditum Latinis vocabulum *paritus*. (15) — *in toros tepentes* Lipsius propius ad lect. Cd. Pith. *in totos pentes*, prob. Anal. Wolfii: *Sie ja drängt die Knospen Vor in warmer Lüfte Brautbett*. Sed cfr. Wernsdorf. (16) *humentes*] pro *tumentis* utriusque Cod. tacite emendavit Lips. (17) *En micant lacrimae*] Schulze. „Roris, inquit, guttulae micant, suo pondere libratae et casurae, sed

casum etiam nunc, parvo globulo, e foliis deorsum pendente, retardantes." — *Emicant lacrimae trementes; sed caduco pondere Gutta* cet. Rigler. (*Emicant* scil. cum Salmasio. *Et micant* Lips.) Sed, ut verum fatear, *micandi*, splendendi verbum mihi h. l. longe aptius videtur quam alterum *emicandi*: nec expellendus ex hoc poëmate singularis usus praepositionis *de* maxime propter v. 39. et similem consuetudinem eiusdem poëtae in Fragmentis „*de qualitate vitae*" (v. Baudii *Amores* p. 213. et 469. Wernsdorf. Tom. 3. p. 483.) versiculo 6. *Dulce de labris loquuntur.* et 9. *Ambo de comis*: Iulius Firmicus Maternus C. 7. p. 32. Münt. *miserandae matri de morte filiae funestum spectaculum praebuit*: in quibus Latinorum *de* pedetentim transit in Italorum *di*. — *Lacrimae micant trementes* Scriver. Vulgo. (19) *Hinc*] debetur Salmasio. — *En* rursus Schulze. Sed talia profundenda non sunt. (21) *virgines*] Lips. Uterque Codex: *virgineae*. (Ibid.) *humenti*] Rursus Lips. (22) *mane totae*] Sic scripsi. *Totae*, id est, „omnes." uti vv. 51. et 60.; qui usus frequens est et apud Appuleium et in primis apud Tertullianum; unde Italorum *tutti*. — *mane ut udae* Douza pater. Wernsd. — *mane nudae* Rigler. Sed duplex epitheton minime placet: *rosae virgines* eaedemque aut *udae* aut *nudae*. Hoc quoque observandum, rursus, ut in haud paucis huius poëmatis, Italo sermoni hic veluti praeludi: *mane* enim h. l. nihil aliud quam *dimani, domani*, cras. (23) *Cypris*] Scriverius pro Cdd. *prius*. *Cypris* pro *Cypridis* invenit Schulze etiam in Pseudo-Galli *Eleg*. 1, 92. (26) *Unico*] Pith. Totus autem locus ita videtur explicandus, ut, si prius cogitemus *rosae* vocabulum vel apud Horatium numero singulari saepenumero poni, ubi nos utimur plurali, neutiquam haereamus in subito illo transitu *totae* (omnes) *virgines nubant rosae - Facta* cet.; quum sit: „Omnis rosa facta Cypridis de cruore" cet.; tum in hac Latinitate in permultis ad antiquitatem redeunte (vide vel Forcellinum in v. *Pudeo*.) *Rosa* - - *non pudebit solvere* minime offendere debet pro: *Rosam* - - *maritam* (iam) *non pudebit* se *solvere unico*, id est, uno, qui etiamtunc restabit, ultimo *nodo*. Vel si in hac constructione offenderis, quidni licebit exponere: „*Omnis rosa quum facta sit de cruore - - eam non pudebit solvere*" cet.? Quod Longuerue et Moebius reposuerunt: *Uvido marita nodo* prorsus otiosum est. Nec vero cum Salmas. et Anal. Wolfii *marita* pro vocativo habendum. (29) *It* pro *Et* Lips. coniectura. *Est* volebat Pith. (32) *nudus* Pith. pro Cdd. *nudos* et *durus*. (34) — *nymphae, cavete* quae vulgata est lectio contra utrumque Codicem, casu dumtaxat orta videtur in Baudii *Amoribus* p. 424. (35) Cdd. lectio *inermis* cum Schulzio ita exponenda erit: „Amor inermis, quando nudus est, (— sed in his inesse vides ταυτολογίαν) totus idem est Amor, quum scilicet summa sua pulchritudine (et vi insita), etiam post arma abiecta corda hominum vulneret atque incendat. Vulgaris a Pithoeo primum excogitata lectio *Totus est in armis idem* propter spondeum tertia sede positum ferri non potest." Recte vero: nam vitia metrica vel mediocri istius aetatis poëtae ultro inferre nunquam debemus. Sed Scriverius vel ipsius poëtae manum restituit, quod libentius equidem crederem quamquam traiectionum inimicus, vel, ut Bentleius bis terve Horatium ipsum, hunc nostrum correxit proponens: *Est in armis totus idem, quando nudus est Amor.* Haec enim

sententia requiritur. Praeterea vv. *quod* (quia) *Cupido pulcher est* artissime iungenda sunt cum praecedd. *Sed tamen cavete, nymphae;* id quod moneo propter Wernsdorfii interpretationem. (38) *Una res* Lips. (39) Rigler distinguere mavult: *Cede, virgo Delia, Ut nemus sit incruentum, de ferinis stragibus.* Mihi *cede* videtur significare non tam *cessa*, *desiste*, quam idem quod v. 48. *recede.* Praepositio *de* hic rursus ex recentiore Italismo pro altera *a* posita est. (40) *vellet te rogare* Salmas. *vellet te erogare* Schulze, collato Appul. Metam. 5. p. 345. Oud., ubi *erogatus* est pro *rogando exoratus.* Sed monstrat ipsa Cd. Salm. scriptura hanc emendat. parum esse probabilem. (42) *feriatos* Pithoeus et Lips. pro utriusque Cd. *feriatis.* — *feriantes* vulgo de Scriverii coni.; sed *feriatos* non est verum praeteritum. (44) Quod alter amicorum legit *mysteus*, alter *myrteus* in Cd. Pith. hinc explicandum, quod in Cdd. antiquiss. (ut puta, Germanici Basileensi) literae *rt* et *st* mire ligatae distingui vix possunt. (46) *Detine te*] id est, „morare, ubi es; noli accedere." Sic unâ litera inducta scripsi. ∞ *De tenente tota* cet. Salmas. id est, „uno tenore, continenter." Sed quamvis Salmasius probe calluerit horum seculorum sermonem, adeo, ut in talibus eius iudicium magni sit faciendum, comparato praesertim quod fecit, Gallico *d'un tenant*, et ex parte comparari possit Iustini 1, 9, 19. *ex continenti* pro „continuo", nihilominus talia sine certis exemplis fingere non debemus. Rursus Cd. Pith. scriptura *Detinent et* probata Viro docto in Anal. Wolfii („*Jeder weilt*" — Germanice is convertit:) nec a Latinitate neque a sententiarum nexu defendi potest. Demonstrandum enim erat exemplo v. *detinent* significare posse: „morantur hi Dii, qui pervigilium celebrant cum Venere." In Axtii annotationem, quam non intelligo, error aliquis typographicus videtur irrepsisse. Est autem haec: *Detinet et tota nox est perviglanda canticis*] Sic reponendum censeo cum interprete Germ. in Wolfii analectis: qui tamen *nec poëtarum deus detinet* (immo ibi est: *detinent*) *et tota nox.* Heinsius ad Ovid. ex Pont. IV. 10, 67. *Detinenda tota nox et pervigilanda canticis.*" (— *Detinens te tota* Moeb.) — *Te sinente tota* Sanadon. Lindem. Rigl. Sed sic prae Venere nimia fere potentia tribuitur Dianae, praeterquam quod ipsa coniectura nimis recedit a scriptura utriusque Codicis, nec si a poëta profecta esset, facile in monstra illa lectionis degenerasset. (Ibid.) *perviglanda*] Salmas. e scriptura Cd. sui *perviclanda.* „Male Sanadonus (immo iam Pith. e scriptura sui Cd. *per uigila* proposuerat *pervigilanda*: saltem in marg. Lips. 1611. In ipsius Annotatt. est *pervigilata.*) verbum contractum resolvit; dactylus enim in primam dipodiae sedem non admittitur." Schulze. Scripturam nil moror; sed pronuntiatio, quae hic requiritur, praeludit Italorum *vegliare.* (50) *dicet; assidebunt*] Douza. Sic v. 53. *Ruris hic* erunt *puellae.* Axtius tamen praefert praesentia, de numeris alio loco acturus. (51) *quidquid* recte restituit Schulze e Cdd. pro Scriverii *quotquot.* Item Axtius probat *quidquid* et cfr. Iulii Firmici locum ad v. 52. allatum: *quidquid hyacinthi* cet. Similis difficultas est in Catulli 64, 280. (Ibid.) *annus*] iam Pithoeus pro *annis* et *annos* Cdd. (52) *rumpe vestem* coniectura mixta e Pithoeana *rumpe vestes* et Lipsiana *prome vestem* primum memoratur Salmasio, recepta est a Sanad. Schulze, Moebio; rursus probata ab Axtio, qui

sic explicat: *rumpere florum vestem* breviloquentia dictum est utrique antiquitatis populo usitatissima illa, quae idem valet, ac si scriptum esset *rumpendis floribus facere vestem* i. e. rumpendis florum calycibus expandere per terram vestem floridam." Verum dubito, annon haec explicatio, etsi ad veritatem proxime accedit, tamen nimis sit quaesita. Simplicius, ut opinor, ita sententiam expedire licebit: „erumpe, prorumpe florum vestem, fac subito ut texatur florum vestis." Ex Aliorum coni. memorabiles sunt Scriverii *subde messem*, Weberi *pande vestem*, Rigleri *subde vestem*; mirae contra Wernsd.: — *florum super ut exstet*, V. D. in Anal. Wolfii: — *florum uber esto, sey der Blumen Fruchtschoofs;* cum hiatu vix admittendo. (Ibid.) *quantus Ennae campus est*] Lips. Duplicem haec admittunt interpretationem: „rumpe vestem tot florum, quot solet producere Ennae campus quantus est:" aut: „et tu quoque, Enna, profunde flores, quotquot uberrimus tuus campus verno tempore submittere solet:" quae sententia nihil omnino habet in quo offendas, quum memorentur duae floridissimae Siciliae regiones. Nec prorsus necessarium erit, ut sublato ἀσυνδέτῳ legamus: *Hybla florum rumpe vestem, et quantus Ennae campus est*, itidem rumpe florum vestem. Nec tamen adeo equidem haeserim in priore ratione, ut propterea cum Schulzio et Axtio praeferam *Aetnae campum*. Immo longe frequentius *Enna* in *Aetnam* corrumpitur quam contra; veluti statim in loco, quod sciam, ab Interpretibus nondum allato Pseudoaristotelis *Mirab. Auscult.* Cap. 83. p. 166. Beckm. ἐν τῇ Σικελίᾳ τῇ καλουμένῃ Αἴτνῃ (Sylburg. omnibus probantibus Ἔννῃ) σπήλαιόν τι λέγεται εἶναι, περὶ ὃ κύκλῳ πεφυκέναι φασὶ τῶν τε ἄλλων ἀνθέων πλῆθος ἀνὰ πᾶσαν ὥραν, πολὺ δὲ μάλιστα τῶν ἴων ἀπέραντόν τινα τόπον (nostri: *quantus - - campus*) συμπεπληρῶσθαι, ἃ τὴν σύνεγγυς χώραν εὐωδίας πληροῖ κ. τ. λ. Appuleiano more Ennae campum describit Iulius Firmicus Maternus C. 7. p. 31. Münter. *Pergus autem lacus in Hennae civitatis finibus satis amoenus et gratus, cuius amoenitas ex florum varietatibus nascitur. Nam per omnem annum vicissim sibi succedentibus floribus coronatur. Hic invenies, quidquid hyacinthi turget in caulem; illic comam narcissi vel quod auream rosam desuper pingit; illic albae hederae per terram molliter serpunt et cum purpureis violis suaviter rubens amaracus invenitur, nec coronam istam alba deserunt lilia.* (54) *quaeque lucos*] emendavit iam Lips. Tum *fontes* Scriverius pro *montes*. (58) *recentibus* e coni. Pithoei et Salmasii; (hic edidit: *Ex recentibus* pro *Et rigentibus.*) Ut nunc sunt verba, artissime iungenda sunt cum praecedd.: „et quicunque amabit, cras texat umbracula floridis e ramis." Nec propterea, quod in reliquis versus intercalaris nullo ligatur vinculo cum iis, qui eundem excipiunt, ad regulam adeo severam exigere debemus liberius hoc poëma, ut dicamus nunquam futurum fuisse, ut semel illud sibi concederet scriptor. Immo quum haec quoque stropha sit e longioribus, parum veri simile est excidisse hic unum aut alterum versiculum. Rigler volebat: — *Ver recentibus virentes ducit umbras floribus.* (59) Quum melior Cod. Salmas. habeat *quo* iam a Lipsio propositum, non est cur praeferamus errorem Cd. Pith. *qui* natum ex accommodatione ad vv. seqq. *primus aether.* (60) *creavit e* Cod. Salmasii cum Riglero aliisque praetuli Cd. Pith.

crearet. Finis significatur demum v. 72. vv. *unde aleret. Totis nubibus* rursus pro „omnibus; innumerabilibus." Cfr. Virgilii Ge. 1, 322: *immensum caelo venit agmen aquarum - - Collectae ex alto nubes.* (*Ruptis* vult Rigler.) *Vernus* debetur Pithoeo. Idem coniecit *fluxit almae* confirmatum a Cod. Salm. Prave igitur ageret, qui legeret cum Lipsio *fluxus almae c.*, vel cum Moebio: *fluxus almae est c.* (62) *fetus* Pith. (Is scripsit: *Ut* (cum suo Cod.) *fetus immixtus.*) (66) Rigler: — *Pervium sui tenore seminali tramitem.* Sed hanc coni. vix admittendam esse demonstrat docta Schulzii annotatio: „*Tenor* est ille perpetuus corporum in corpora decursus et regressus, ἀέναος ὕλη, quo cuncta efficiuntur. Censorini (s. potius Anonymi, qui Censorino solet subiungi:) Fragm. (Cap. I. p. 146. Ed. Cantabrig. 1695.) *Initia rerum eadem elementa et principia dicuntur. Ea Stoici credunt tenorem atque materiam.* Tenorem, *qui, rarescente materia, a medio tendat ad summum; eadem concrescente rursus a summo referatur ad medium.*" Haec ille. Interpretor igitur: „Ipsa sui tenorem pervium per caelum terram mare imbuit semine genitali omnia penetrante ac, veluti tramite facto, i. e. facili opera percurrente, unde omnia quaecunque vivunt, ad ortum perveniunt." Schulze contra vv. *seminali tramite imbuit* sic explicat: „*assuefecit* res viae geniturae." *Imbuit* tamen magis proprio significatu accipiendum videtur, aspersit, madefecit. Potest esse etiam tempus praesens, etsi *iussit* (aoristus potius quam perfectum) subsequitur; et hoc quidem praefèro, ut sit praesens tempus. (69) *Penates*] cum Sanad., Bouhierio, Gesn. veram hanc iudico Rivini suspic. Nam et per se *nepotes* vel in hoc poëta *natum* antecedere non debebant; et solet corrumpi ab imperitis scribis v. *Penates* veluti in Taciti *Dial. de Oratt.* Cap. 8. vera lectio *angustiae penatum* mirum in modum vexata est (*a. ereptum*, *a. parentum*, *a. rerum*) et corruptelae vestigium exstat in Cod. Pith.: — *nec potes.* (72) *Romuleas*] penultima longa, sane sine exemplo; nec probari potest Lipsii *Romulaeas.* Verum vidit, ni fallor, Rigler proponens: *Romulares*, formà tunc temporis pluribus usitata. (73) *Ramnes*] Salmas. (74) Recte Lipsius haec ita emendavit: *proque prole posterûm Romuli patrem*, pro utriusque Cd. scriptura *matrem.* „Quid? an ex nuptiis Sabinorum cum Romanis creata mater Romuli?" Lips. — *pro posterûm Romuli salute: pater* D. Iulius, *nepos* D. Augustus. Sic et alibi Octavianus Caesaris nepos appellatur. Eutrop. 7, 1. Schulze. (— *matris crearet te nepotem Caesarem*; Moeb.) Quomodo autem, inspecta Lipsiana illa interrogatione, nuper quoque defendi potuerit lectio *matrem*, equidem non intelligo: nam nec de Rea Silvia nec, quod Crusius voluit, de Livia s. Iulia Augusta explicari potest v. *mater.* Nihil omnino impedit, quo minus poëta D. Iulium et D. Augustum, quorum fortasse etiam tunc cultus inter XX. Divos vigebat, certe nondum in oblivionem abierat, tamquam Populi Romani Genios tutelares hîc significarit. (78) Cum Pithoeo, Schulzio, V. D. in Anal. Wolfii distinxi: *Hunc, ager quum parturiret, ipsa:* κλῖμαξ enim requiritur in sequentibus, non ἀντίθετον. Plerique cum Lipsio: *Hunc ager, quum parturiret ipsa, suscepit sinu.* „*Ager quum parturiret* idem est ac „verno tempore", et *sinu suscepit* aptissime dici potest de modo natis liberis, qui sinu foventur atque aluntur." Schulze. (81) *explicant tauri*] Salmas. (Mire cor-

ruptum alicubi etiam in Germanici Cod. Basil. *tauri* in *tari.*) — *vaccae* Scriv. (83) *greges* Salmas. — *gregem* Lips. Schulze. Illud praefero, quia propius accedit ad Cd. Salmas. *gregis.* (88) *dici musico* correxit iam Lips. (90) *Quando faciam uti ch.*] de Wernsd. sententia Schulze; retenta Cd. Pith. scriptura, nisi quod *uti* pro *ut*: hocque magis huius poëtae sermoni convenire videbatur. — *Quando ego fiam ut ch.* volebat Salm. — *Quando ego fiam chelidon et t. d.* Rigler. *Et* pro *ut* haud prorsus est necessarium; immo praefero *faciam* - - *ut desinam.* (91) *Perdidi musam* iam Lips. idemque *tacerent* pro Cdd. *taceret.*

APPENDIX.

PRISCIANI CARMEN DE PONDERIBUS ET MENSURIS

AB

ALOYSIO ANGELONIO E COD. REGIO N. VIIMCCXI. VERSIBUS XXXII. SUPPLETUM.

Easdem fere ac Germanicus vicissitudines expertus est Prisciani, quem dicunt, libellus de ponderibus et mensuris, quum hoc quoque per scholas uterentur mediae aetatis magistri, eumque suo arbitratu modo aliter disponerent, modo decurtarent. Exstitit nuper doctissimus philologus Hungarus Steph. Ladisl. Endlicher, qui eum e Cod. Bobiensi longe auctiorem ederet Vindobonae 1828. At casu factum est, ut ignoraret XXXII. alios ab iis, quos ipse post Denisium accuratius edidit, versiculos ante hos viginti annos primum in lucem protractos esse e Cod. Regio N. 7211. olim Colbertino, Guidonis Aretini scripta musica complectente, a docto Italo, Aloysio Angelonio, hoc in libro:

„*Sopra la vita, le opere, ed il sapere di* Guido d' Arezzo, *restauratore della scienza e dell' arte musica; dissertazione di* Luigi Angeloni, Frusinate. *Si è aggiunta a questa dissertazione una novella edizione de' versi latini sopra i pesi e le misure de' Romani e in parte ancor de' Greci di* Q. Ren-

nio Fannio Palemone, *aumentati di pressochè trenta altri versi non più stampati, che si son rinvenuti in un manuscritto della primaria Imperial biblioteca Parigina.* Parigi, *appresso l' autore.* (*Stampò Charles.*) 1811. 8. pagg. 240.

Totum carmen nolui repetere, quoniam suffecturum videbatur, ut versus illi ab Angelonio reperti et tota eius leetio, quatenus differt ab Endlicheriana, Germanis hominibus exhiberentur.

* * *

Vers. (9) scriplum] Endlicher. — *scrupulum* Angeloni. (11) Scriplo, lentisve grana bis octo] — *scrupulo lentes veraciter octo* (Codex Regius ipse: *lentis.*) (13) Bis duo; sed si par] — *Bis duo sint: si par.* (14) diversae] — *divisae.* (17) Scripla tria drachmam vocitant, quo] — *Scripula namque tria drachmam quo.* (20) gemines, erit is] — *gemines aderit* Cod.: *gemines erit* om. *is.* (21) scriplum] — *scripulum.* (26) tot enim formis] — *totidem formis.* (36) dempseris hinc, mna] — *dempseris et mna.* (46) retrahas] — *detrahas.* (48) nec quae est] — *neque enim est.* (50) bessem] — *bissem.* Post Endlicheri v. 55. *Cetera* cet. Angeloni sic pergit: *Haec de ponderibus: si cetera signa requiris Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis* (cfr. Endlicheri v. 122. 123.) Deinceps Angeloni habet Endlicheri vv. 124. seqq. —(126. Endl. =60. Angel.) quove id possis deprendere] — *quove hoc possit deprehendere.* (127=61) mens prodidit alta] — *prodit mens alta.* (131=65) Argenti tantumdem] — *Tantumdemque argenti* Codex ipse: *Tantumdem argenti.* (138=72) neutra] — *neutro.* (139=73) Summittas] — *Submittes.* (141=75) simul aëre crassior unda] — *simulari et crassius unda.* Codex: *Densius h' namque et simulare crassius undam.* (142=76) a cardine] — *e cardine.* Cod. om. praepos. (143=77) discesserit] — *discerpserit.* (145=80) Cognoscimus] — **Cognovimus.* (148=82) mixta est] — *mixta.* (150 =84) specta] — *expecta.* (151=85) Materies; subsistet enim] — *Materies sub aquis fiet.* (154=88) quia nil] — **quod nil.* (157 =91) Si par corrupti] — *Si par corrupto.* Cod.: — *Si pars corrupti.* (Ibid.) gestet] — *gestit.* (158=92) gravarit] — *gravaret.* (159=93) tot inesse] — *totidem esse.* (161=95) librae quaevis] — *quaevis librae.* (163=97) Nec non et sine aquis eadem deprendere furtum] — *Nec non et sine aquis* . . . .

Post v. 97. Angel. sequuntur duodecim versus, qui absunt ab Endlicheri editione:

Signifer aethereus, mundus quo cingitur omnis,
Astra tenens tantum seseque moventia septem;
Cetera nam proprio stant semper in ordine fixa.
Saturni sidus summa concurrit in arce,
Terdenoque suus completur tempore cursus.
Inde Iovis cursus bissenis volvitur annis.
Sic Mars quingentis rubens quadringinta (*sic*) diebus.
Ast uno Solis completur circulus anno.
Trecentis Venus octo et quadringinta diebus.
Mercurius centum triginta novemque diebus,
† Bissenis septemque diebus Luna peragrans
Octo horisque simul proprium sic conficit orbem.

Sequitur pro Endlicheri v. 56. *Haec de ponderibus; superest pars altera nobis* apud Angelonium hic v. 110.

Nunc et mensuras dicamus carmine vero.
Humida metiri *cet.*

(59. Endlich. =113. Angel.) longo in spatio] — *longo spatio.* (60=114) Angulus ut par] — *Angulus et pars.* (Ibid.) claudit] — *claudat.* (62=116) quam ne] — *quem ne.* Codex: *Amphora fit cuiquam* (superscr. *civibus*) *ne hic violare licebit* superscr. *liceret.* (66=120) Sedecies] — *Sex decies.* Cod. *Sed decies.* (69=123) Quis quater adsumptis] — *Qui quater assumptus.* (70=124) duas] *duos.* (72=126) eos] — *eas.* (73=127) cyathos] — *batos.* (75 =129) quinae] — *quinque.* (76=130) Oxybaphon] — *Oxybaphus.* Cod.: *Oxa bavum.* (77=131) sed tertia] — *ac tertia.* Cod. * *at tertia.* (80=134) Sextario] — * *Sextari.* (82=136) simulare] — *similare.* (83=137) extremum est, scriplique] — *extremum, scripulique.* (91=145) perhibere] — *cohibere.* (93=147) addet] — *addit.* (96=150) Selibramque] — *Sed libramque.* (100=155) nuperve aut] — *nuper, quae aut.* (102=156) mechanica] = *mechanica.* Cod.: — *methinica.* (103 = 157) argenti] — * *argento.* (105=159) pars ima] — *pars una.* (107=161) imam] — *ima.* (108=162) superficiem] — *superficie.* (Ibid.) totque aequa in] — *tot quaeque in.* Cod.: — *tot quemquam in.* (109=163) scriplis] — *scrupulus* (sic,) (110=164) potes] — *potest.* (111=165) Nam si tenuis erit] — *Namque si erit tenuis.* (Ibid.) maior pars mergitur] — *maiori immergitur.* Cod.: — *maior dimergitur.* (113=167) Aut

(108) Manifestus error. Lego: *Bisdenis, septem atque duobus Luna peragrans.* *Bisdenis* emendavit iam Angel. pag. 238. Os.

si] — *Ac si.* (114=168) pondera] — *pondere.* (115=169) Convenient] — *Conveniunt.* (122=176) Haec de mensuris, quarum si signa requiris] — *Haec de mensuris tibi sint quae signa requiris.*

Post hunc v. 176. Angelonii sequuntur vv. 20., qui absunt ab editione Endlicheri.

Libra vel as ex unciolis constat duodenis.
Uncia de libra linquit subiecta deuncem:
Et sextans (haec scilicet est geminata) decuncem:
Hinc quadrans (haec scilicet ipsa ter acta) dodrantem:
Inde triens (ipsius quadruplicatio) bissem:
Quincunx septuncem; quod sat sua pondera produnt:
Semis semissem, medium dum dividit assem;
Nec vacat unciolae mediam sescuncia iungens.
Uncia viginti scripulos et quattuor ambit:
† Dimidium stant ac semuncia dicitur eius.
Terna duae sesclae pars est eademque duella.
Quarta siclus vel sicilicus vel denique sicel.
Sextula sexta modo solet et modo sescla vocari.
Octavam appellant drachmam vel rarius holcen.
Et duodenariam mediam † sesolam vocitarunt:
Vigenam quartam scripulus seu gramma retentant.
Unus item scripulus calcis componitur octo;
Dimidium scripuli est obolus; pars quarta cerates.
Hîc sextam fingi placuit siliquamque vocari:
Ultimus est calcus, ciceris duo granula pensens.

In hoc v. 196. desinit Angelonii Editio, ita ut absint ab ea dimidia pars v. 163. Endlicheri et seqq. vv. 208.

(186) Sic corrupte Cod. — Angelonius contra metrum *stat.* Fortasse: *Dimidium statue, ac semuncia dicitur, eius.* (191) Lege *sesclam.* (193) Lege *chalcis.* (195) *Hinc*? (196) Lege *chalcus* - - *pendens* vel *pensans.* Ceterum et vv. 98—109. Ang. *Signifer* - - et hos v. 177—196. ab homine scholastico Priscianeis assutos arbitror: certe posteriores hi meram continent παράφρασιν s. amplificationem vv. 41. seqq.

PHAEDRI
FABULAE NOVAE XXXII.

E CODICE VATICANO REDINTEGRATAE

AB

ANGELO MAIO.

SUPPLEMENTUM EDITIONIS ORELLIANAE.

ACCEDUNT

PUBLII SYRI

CODD. BASIL. ET TURIC. ANTIQUISSIMI

CUM

SENTENTIIS CIRCITER XXX. NUNC PRIMUM EDITIS.

TURICI
TYPIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.
MDCCCXXXII.

LECTORI

IO. CASP. ORELLIUS.

Miro utique fato, cui Phaedrus, praeter ceteros innocens poëta, per tria adhuc secula obnoxius fuit, ut, quum a Pithoeo primum repertus esset, vel ipse, novos tamen semper vindices nactus, propter futiles Criticorum dubitationes ad tempus evanesceret, vel perderentur atque etiam incendio absumerentur paucissimi eius codices, denuoque aut invenirentur aut ex parte saltem emergerent, ut Codex Rosamboanus et Remensis collatio; quum praeterea Iannellii et Cassitti invidiosa aemulatione prodissent tandem fabulae XXXII., a Dorvillio et Burmanno dumtaxat significatae; ita tamen mutilae, ut inventum ipsum plerisque displiceret: — sed post haec omnia, inquam, hoc quoque nuper accidit, ut, quum ego quattuor ante mensibus omnia praeter Cod. Duacensem et Danielinum, utrumque mihi negatum, complexum me arbitratus essem, quae ad Phaedri κρίσιν pertinerent, insperata ab Angelo Maio, V. C., ad meam curam perficiendam afferrentur auxilia. Etenim is, qua semper utitur fortuna, Perotti Codicem in Vaticana Bibliotheca invenit integrum, quem nunc cum Germanis meis primus communico, Danielinum idem denuo excussit*).

*) I. = Iannellius. C. = Cassittus. B. = Bothius. Z. = Zellius.

FABULAE NOVAE XXXII.

SUB PHAEDRI NOMINE

NEAPOLI ANTE HOS ANNOS EX DETRITO CODICE MULTIS CUM LACUNIS INCERTISQUE LECTIONIBUS VULGATAE NUNC AUTEM SINE ULLO DEFECTU AUT AMBIGUITATE

EX

INTEGERRIMO CODICE VATICANO

EDITAE CUM

NICOLAI PEROTTI PROLOGIS

QUORUM ITEM LACUNAE NUNC EXPLENTUR.

Nicolai Perotti, pontificis Sipontini, perdocti clarique hominis, iamdiu codex innotuerat, in quo ineditas fabulas, cum Phaedri Avianique editis, et cum ipsius Perotti carminibus mixtas, Dorvillius quondam detexit, Burmannus famigeravit, alii deinde eruditi homines passim commemorarunt. Erat is codex Parmae olim in librario Farnesiorum thesauro; ex qua urbe Neapolim hereditario iure translatus, in regia bibliotheca delituit, donec eum Cl. Iohannes Andresius loci praeses iterum observavit, atque ut publici demum iuris fieret, magnopere hortatus est. Hinc doctissimorum eius urbis virorum exarsere animi, quos inter palmam sine dubio tulit vir clarissimus Cataldus Iannellius, qui concinnatis ad Perottinum codicem peramplis lucubrationibus, praeclaram eius editionem bis curavit; et primo quidem a. 1809. novas fabulas plurimis cum lacunis (propter codicem

valde evanidum et vitiatum, lectionique saepe impervium) nobis obtulit; iterum vero a. 1811. lacunas partim codice patientius lecto, partim coniecturis suis permultas explevit. Quaenam fuerint doctorum per Europam virorum de his fabulis, postquam divulgatae sunt, iudicia, referre non vacat; eaque satis cognoscere licet vel in nobili Phaedri editione, quam Parisiis anno 1826. duobus iustae molis voluminibus elaboravit Vir Cl. Nicolaus Lemaerius. Mihi hoc unum propositum est, ut et Farnesianum olim, nunc Neapolitanum, codicem haud unicum in orbe esse, quod hactenus creditum fuit, demonstrem; et alio melioris multo naturae invento, lacunas omnes prioris codicis haud iam ulla coniectura vel ingenio, sed ipsa genuinae lectionis veritate sartas exhibeam.

Est hic codex, qui Perottinam Phaedri Avianique epitomen aeque ac Neapolitanus continet, a me nuper observatus inter Vaticanos-Urbinates n. 368. in fol. speciosissima calligraphia in membranis scriptus, cum auri variorumque colorum in fronte ornatibus, quibus genii, flores, volucres, beluaeque exprimuntur. Primo autem in folio septem ornatissimi circuli effigiantur, quorum medius ac maximus sic aureis caeruleisque literis loquitur: *in hoc pulcherrimo codice continentur nonnulli poëtae Latini iuniores, qui in circumpictis circulis sunt annotati.* In his autem circulis legitur 1. *Christophori Landini Xandra.* 2. *Callimachi* (Veneti scilicet) *epigrammata.* 3. *NICOLAI PEROTTI EPIGRAMMATA ET FABULAE.* 4. *Antonii Panormitae Hermaphroditus.* 5. *Bartholomaei Contradae ecloga.* 6. *Francisci Patritii ecloga.* 7. *Marasii Siculi elegiae.* Iam vero omissis poëtis ceteris, qui ad rem meam non pertinent, pars illa codicis, quae Perottinam habet epitomen, incipit fol. 100. desinitque fol. 146.

Ordo epitomes ipsissimus est, qui Neapolitani codicis a Cl. Iannellio (in priore editione dissert. I. p. VIII. seqq.) narratur; epistola nimirum Perotti prosaica ad Mannum Viterbiensem; index carminum; prologus Perotti poëticus ad Pyrrhum fratris filium; fabulae Phaedri et Avieni, fabulae novae, versus etiam ipsius Perotti; omnia haec alternatim miroque cinno inter se permixta. Denique et illa adnotatio adest de prisco quodam oraculo, quam Iannellius in Neap. codicis margine scriptam reperit atque vulgavit. Porro et ipse Vaticani-Urbinatis codicis textus adeo plerumque cum Neapolitano conspirat, ut ex uno eodemque exemplari manasse utrumque codicem necesse sit. Neque enim quum *Perottinus* dicitur ille codex, qui Neapoli est, idcirco is Perotti autographum vel saltem κτῆμα credendus est; verum ille eatenus *Perottinus* audit, quatenus habet Perotti lucubrationem; quamobrem pari iure *Perottini* nunc dicentur tum Neapolitanus chartaceus et vitiatissimus, tum Vaticanus membraneus atque integerrimus: de cuius aetate si quis me roget, ego scriptum iudico vel desinente seculo XV. vel initio subsequentis. Nam quod Federicus Veteranus Urbinas bibliothecarius anno 1517. in calce codicis epigramma de morte domini sui scribit, id manu prorsus diversa et paululum etiam recentiore exaratum esse patet.

Nunc ecce propositi mei summam. Codicis Vaticani-Urbinatis eam partem edo, quae novas fabulas sub Phaedri nomine divulgatas continet: et quia hic codex perincolumis pancraticusque est, cuncta Neapolitani vitia luxaturasque demum persano: ita ut novae fabulae hac certe in parte vetustis non cedant, quod haud minus commode valent.

NICOLAUS PEROTTUS
PONTIFEX SIPONTINUS
TITO MANNO[1]) VELTRIO
VITERBIENSI CONCIVI SUO S. P. D.

Quod post epistolas nostras, quas tanto studio collegisti, versiculos etiam nostros collegeris, et in libellum disposueris, ago tibi immortales gratias. Intelligo enim, quanti nostra omnia facias, quam nos ames, quantum laudi et gloriae nostrae consulas. Sed providendum tibi est, ne cuius immortalitati tantopere studes, eius praesenti existimationi non mediocriter detrahas. Sunt enim, ut ad te alias de epistolis scripsi, inter versiculos nostros aliqui, quos olim adolescentes lusimus, qui si hac aetate et professione nostra, scripti a nobis viderentur, iure fortasse reprehensione digni putaremur: relati vero ad eam aetatem, nihil quo culpari possemus[2]), haberent. Permissa quippe iamdiu est haec ludendi licentia non modo adolescentibus, sed etiam gravioribus poëtis; quamquam a nobis ob pontificatus dignitatem aliena fortasse posset existimari. Da igitur operam, ut intelligant legentes, quae adolescentibus nobis et nulla adhuc dignitate praeditis exciderint, quae hac aetate scripta

(1) Ita perspicue et per extensum in Cod. Vat. At editio Neap. *Marino*. Sed enim codex ipse Neap. mihi ad legendum comiter oblatus, vel *Manno* exhibet, vel propter obscuritatem tute legi non potest. (2) Cod. *posses*. MAI.

sint. Verum nisi me animus fallit, longe plura in his erunt, quae laudari merito possint, quam quae sine livoris suspicione reprehendi: quemadmodum ex ipsis[1]) contemplari quisque facile poterit. Vale et me, ut facis, ama.

NICOLAI PEROTTI
AD PYRRHUM NEPOTEM
PROLOGUS.

Non sunt hi mei, quos putas, versiculi;
Sed Aesopi sunt, Avieni et Phaedri:
Quos collegi, ut essent, Pyrrhe, utiles tibi,
Tuaque causa legeret posteritas,
Quas edidissent viri docti, fabulas.
Honori et meritis dicavi illos tuis,
Saepe versiculos interponens meos,
Quasdam tuis quasi insidias auribus;
Solet quippe iuvare ista varietas.
Hos si leges, laetabor: sin autem minus,
Habebunt certe quo se oblectent posteri.
Nunc fabularum cur sit inventum genus,
Brevi docebo: servitus obnoxia,
Quia quae volebat non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas transtulit
Calumniamque fictis elusit iocis.

(1) Ed. Neap. *ex ipso me*, quod prorsus non placet. In Cod. Vat. deest *me*. Itaque ego scripsi *ipsis* (nempe carminibus) pro *ipso*, quod legitur in Codice Vat. Mai. An *ex se ipso*? Or.
Vers. 6. Cod. Vat. *dicam*. Id.

Redeo unde discessi ad libellum meum.
Hunc obtrectare si volet malignitas,
Imitari dum non possit, obtrectet licet:
Mihi magna laus est, quod tu, quod similes tui
Labores libenter legant usque meos,
Dignosque longa iudicent memoria.
Semper fugatae plus vetustati favet
Invidia mordax quam bonis praesentibus.

FABULAE.

[FAB. I.]

SIMIUS ET VULPES.

Avarum etiam quod sibi superest non libenter dare.

Vulpem rogabat partem caudae simius,
Contegere honeste posset ut nudas nates;
Cui sic maligna: Longior fiat licet,
Tamen illam citius per lutum et spinas traham,
Quam partem quamvis parvam impertiar tibi.

[FAB. II.]

AUCTOR.

Non esse plus aequo petendum.

Arbitrio si natura finxisset meo
Genus mortale, longe foret instructius:
Nam cuncta nobis attribuisset commoda
Quaecunque Fortuna indulgens animali dedit:
Elephanti vires, et leonis impetum,

Fab. I. (5) Sic C. Z. — *Quam tibi impartiar* (sic) *parvam quamvis partem* Vat. Neap.

Cornicis aevum, gloriam tauri trucis,
Equi velocis placidam mansuetudinem,
Et adesset homini sua tamen sollertia.
Nimirum in caelo secum ridet Iuppiter,
Haec qui negavit magno consilio hominibus,
Ne sceptrum mundi raperet nostra audacia.
Ergo contenti munere invicti Iovis,
Fatalis annos decurramus temporis,
Nec plus conemur quam sinit mortalitas.

[FAB. III.]

MERCURIUS ET DUAE MULIERES.

De eodem alia fabella.

Mercurium hospitio mulieres olim duae
Illiberali et sordido receperant:
Quarum una in cunis parvum habebat filium,
Quaestus placebat alteri meretricius.
Ergo ut referret gratiam officiis parem,
Abiturus et iam limen excedens ait:
Deum videtis; tribuam vobis protinus,
Quod quaeque optarit. Mater suppliciter rogat,
Barbatum ut videat natum quam primum suum;
Moecha, ut sequatur sese quicquid tetigerit.
Volat Mercurius, intro redeunt mulieres.
Barbatus infans ecce vagitus ciet:
Id quum forte meretrix rideret validius,
Nares replevit humor, ut fieri solet:
Emungere igitur se volens prendit manu,
Traxitque ad terram nasi longitudinem,
Et alium ridens ipsa ridenda exstitit.

Fab. II. (6) *Cornicis aevum* dedit etiam Mai. pro: *Corpus in aevum* Vat. Neap

Fab. III. (1) *olim duae*] C. Z. — om. *olim* Vat. Neap. (5) — *par* Vat. Neap. (13) *rideret*] I. — *ridet* Vat. Neap. (17) *alium* I. coni. firmat Vat. Intellige *barbatum infantem.*

[FAB. IV.]

PROMETHEUS ET DOLUS.

De veritate et mendacio.

Olim Prometheus seculi figulus novi
Cura subtili Veritatem fecerat,
Ut iura posset inter homines reddere.
Subito accersitus nuntio magni Iovis
Commendat officinam fallaci Dolo,
In disciplinam nuper quem receperat.
Hic studio accensus, facie simulacrum pari,
Una statura, simile et membris omnibus,
Dum tempus habuit, callida finxit manu.
Quod prope iam totum mire quum positum foret,
Lutum ad faciendos illi defecit pedes.
Redit magister, quo festinanter Dolus
Metu turbatus in suo sedit loco.
Mirans Prometheus tantam similitudinem,
Propriae videri voluit artis gloriam.
Igitur fornaci pariter duo signa intulit;
Quibus percoctis atque infuso spiritu,
Modesto gressu sancta incessit Veritas;
At trunca species haesit in vestigio.
Tunc falsa imago atque operis furtivi labor
Mendacium appellatum est; quod negantibus
Pedes habere facile ipse consentio.

[FAB. V.]

AUCTOR.

Nihil diu occultum.

Simulata interdum vitia prosunt hominibus,
Sed tempore ipso tamen apparet veritas.

FAB. IV. (1) *figulus novi*] I. C. Z. — *novi figulus* Vat. Neap. (2) *Cura*] Vat. — *Creta* Neap. Edd. (12) *festinanter*] B. Z. — *festinante* Vat. Neap.

FAB. V. „Hoc esse epimythium desideratae fabulae nemo non putabit. Quod si Perottus, ut nonnulli rentur, has fabulas Marte

[FAB. VI.]

AUCTOR.

Sensum aestimandum esse, non verba.

Ixion quod versari narratur rota,
Volubilem fortunam iactari docet.
Adversus altos Sisyphus montes agit
Saxum labore summo, quod de vertice,
Sudore semper irrito, revolvitur;
Ostendit hominum sine fine esse miserias.
Quod stans in amne Tantalus medio sitit,
Avari describuntur, quos circumfluit
Usus bonorum, sed nil possunt tangere.
Urnis scelestae Danaides portant aquas,
Pertusa nec complere possunt dolia;
Immo, luxuriae quicquid dederis, perfluet.
Novem porrectus Tityos est per iugera,
Tristi renatum suggerens poenae iecur;
Quo quis maiorem possidet terrae locum,
Hoc demonstratur cura graviore adfici.
Consulto involvit veritatem antiquitas,
Ut sapiens intelligeret, erraret rudis.

[FAB. VII.]

AUCTOR.

De oraculo Apollinis.

Utilius nobis quid sit dic, Phoebe, obsecro,
Qui Delphos et formosum Parnasum incolis.

proprio componebat, cur hanc lacunam fecisset? Videtur igitur ex antiquo codice ita ut res erat descripsisse. Ego tamen dicerem hoc esse epimythium fabulae IV., nisi in Codice Perottino alia carmina complura fuissent interposita. MAI.

FAB. VI. (1) — *qui vers.* Neap. (6) *esse miserias*] Z. — om. *esse* Vat. Neap. (9) — *nihil* Vat. (10) *scelestae*] Z. Mai. — *scelestas* Vat. Neap. (14) *Tristi*] I. Z. — *Tristis* Vat. Neap. — *pene* Neap. (15) *quis*] I. C. Z. — *quisque* Vat. Neap.

Quid o! sacratae vatis horrescunt comae;
Tripodes moventur, mugit adytis religio,
Tremuntque lauri et ipse pallescit dies?
Voces resolvit icta Pythia numine:
Audite gentes Delii monitus dei:
Pietatem colite; vota superis reddite;
Patriam, parentes, natos, castas coniuges
Defendite armis, hostem ferro pellite;
Amicos sublevate; miseris parcite;
Bonis favete, subdolis ite obviam;
Delicta vindicate; cohibete impios;
Punite turpi thalamos qui violant stupro;
Malos cavete; nulli nimium credite.
Haec elocuta concidit virgo furens:
Furens profecto, nam quae dixit perdidit.

[FAB. VIII.]

AESOPUS ET SCRIPTOR.

De malo scriptore se laudante.

Aesopo quidam scripta recitarat mala,
In quîs inepte multum se iactaverat.
Scire ergo cupiens quidnam sentiret senex,
Numquid, tibi, inquit, sum visus superbior?
Haud vana nobis ingenii fiducia est.
Confectus ille pessimo volumine,
Ego, inquit, quod te laudas vehementer probo,
Namque hoc ab alio nunquam continget tibi.

FAB. VII. (3) *Quid o! sacr.*] Vat., quod in primis convenit huius declamatiunculae *παρενθύρσῳ*, pro: *O! quid.* — *Quando* de Ian. coni. Mai. (6) *Pythia*] I. C. Z. — *Phyton* Vat. Neap. *icta*, quod Vat. praebet (. . *cta* Neap. *acta* I. C. Z.) locum suum tuetur. (10) *ferro*] I. C. Z. — *ferroque* Vat. Neap. (13) *cohibete*] C. Z. — *castigate* Vat. Neap.

FAB. VIII. (4) *tibi, inquit, sum*] C. Z. — *inquit, sum tibi* Vat. Neap.

[FAB. IX.]

POMPEIUS MAGNUS ET EIUS MILES.

Quum difficile sit hominem nosse.

Magni Pompeii miles vasti corporis,
Fracte loquendo et ambulando molliter
Famam cinaedi traxerat certissimam.
Hic insidiatus nocte iumentis ducis,
Cum veste et auro et magno argenti pondere
Avertit mulos. Factum rumor dissipat;
Arguitur miles, rapitur in praetorium.
Tum Magnus: Quid? ait, tune me, commilito,
Spoliare es ausus? Ille continuo exscreat
Sibi in sinistram et sputum digitis dissipat.
Sic, imperator, oculi exstillescant mei,
Si vidi aut tetigi. Tum vir animi simplicis
Id dedecus castrorum propelli iubet,
Nec cadere in illum credit tantam audaciam.
Breve tempus intercessit, et fidens manu
Unum e Romanis provocabat barbarus;
Sibi quisque metuit et primi mussant duces.
Tandem cinaedus habitu, sed Mars viribus,
Adit sedentem pro tribunali ducem,
Et voce molli: Licet? Enimvero eiici
Virum ut in re atroci Magnus stomachans imperat.
Tum quidam senior ex amicis principis:
Hunc ego committi satius Fortunae arbitror,

FAB. IX. (8) *Quid? ait, tune*] B. Z. — *Quid ais? tune* Vat. Neap. (15) *fidens manu*] I. C. Z. — *manu fidens* Vat. Neap. (16) *Unum e Rom.*] Sic scripsi. — *Unum de Rom.* Vat. (17) *et primi*] I. — om. *et* Vat. Neap. Vel leg. *primi mussitant.* (20 et 21) Sic Z. — *Enimvero eiici virum Ut in* Vat. (Neap.) (28) *hostis*] I. Z. — *hosti* Vat. Neap. (29) *rediit*] I. Z. — *redit* Vat. Neap. (Ib.) — *tum* Neap. (30) *Corona, miles*] I. C. Z. — *Corona militis* Vat. Neap. (31) *Quod*] Neap. Edd. — *Quia* Vat. — *imperi*] I. Z. — *imperii* Vat. Neap.

FAB. X. (2) *Iocum agitandi causam*] Sic scripsi. *Iucunditatis causa*

In quo iactura levis est, quam fortem virum,
Qui casu victus temeritatis te arguat.
Assensit Magnus et permisit militi
Prodire contra; qui mirante exercitu,
Dicto celerius hostis abscidit caput
Victorque rediit. His tunc Pompeius super:
Corona, miles, equidem te dono libens,
Quod vindicasti laudem Romani imperi:
Sed exstillescant oculi sic, inquit, mei,
Turpe illud imitans ius iurandum militis,
Nisi tu abstulisti sarcinas nuper meas.

[FAB. X.]

IUNO, VENUS ET GALLINA.

Adversus mulieres.

Quum castitatem Iuno laudaret suam,
Iocum agitandi causam non reppulit Venus,
Nullamque ut affirmaret esse illi parem,
Interrogasse sic gallinam dicitur:
Dic sodes, quanto possis satiari cibo.
Respondit illa: Quicquid dederis satis erit;
Sic, ut concedas pedibus aliquid scalpere.
Ne scalpas, inquit, satis est modius tritici?
Plane, immo nimium est, sed permitte scalpere.
Ex toto, ne quid scalpas, quid desideras?
Tum denique illa fassa est naturae malum:

Vat. (Neap.) — *Iucunditatis causam* I. Z. Equidem non video, quomodo hic locum habeat *iucunditas* pro eo, quod manifesto requiritur, scil. *ioco*. Cfr. vers. 13. Ibid. *reppulit*] I. Z. — *repellit* Vat. Neap. (3) — *Naturamque affirmaret ut e. i. p.* Exemplar Burm. (Mihi videtur mera coni. vel Burmanni, vel Dorvillii, quum Iannellii editio mance exhibeat: *N . . l . . que ut affirmaret esse*) B. Z. Transpositio tamen coni. *ut* minime placet. Vide, ne sententia requirat: *Nullamque ut affirmaret esse sibi imparem*, nullam mulierem castiorem esse ipsa Venere. (5) *possis*] Neap. — *posses* Vat. (8) „Reliqua eadem prorsus sunt tum in Vat. codice tum in editione

Licet horreum mihi pateat, ego scalpam tamen.
Risisse Iuno dicitur Veneris ioco,
Quia per gallinam denotavit feminas.

[FAB. XI.]

PATERFAMILIAS ET AESOPUS.

Quomodo domanda sit ferox iuventus.

Paterfamilias saevum habebat filium.
Hic e conspectu quum patris recesserat,
Verberibus servos afficiebat plurimis
Et exercebat fervidam adolescentiam.
Aesopus ergo narrat hoc breviter seni:
Quidam iuvenco vetulum adiungebat bovem.
Is quum refugiens impari collo iugum,
Aetatis excusaret vires languidas,
Non est quod timeas, inquit illi rusticus;
Non ut labores facio, sed ut istum domes,
Qui calce et cornu multos reddit debiles.
Et tu nisi istum tecum assidue retines,
Feroxque ingenium comprimis clementiâ,
Vide, ne querela maior accrescat domus.
Atrocitati mansuetudo est remedium.

[FAB. XII.]

AESOPUS ET VICTOR GYMNICUS.

Quomodo comprimatur aliquando iactantia.

Victorem forte gymnici certaminis
Iactantiorem quum esse vidisset sophus,

Neap. Quamobrem ea libenter a me argumenti sui causa praetermittuntur." Mai. (13) *ioco*] I. C. — *iocos* Neap. (14) ∞ *denotarat* Burm. Z.

Fab. XI. (13) *Feroxque ingenium*] Hanc meam suspicionem firmat nunc Vat. (Ibid.) *comprimis*] Vat. — *comprimes* Neap.

Fab. XII. (1) *Victorem forte*] I. Z. — *Forte vict.* Vat. Neap. (2) *quum esse vidisset sophus*] C. Z. — *quum vidisset Aesopus* Vat.

Interrogavit, an plus adversarius
Valuisset eius? Ille: Ne istud dixeris;
Multo fuere vires maiores meae.
Quod, inquit, ergo, stulte, meruisti decus,
Minus valentem si vicisti fortior?
Ferendus esses, forte si te diceres
Superasse, melior qui esset viribus.

[FAB. XIII.]

ASINUS AD LYRAM.

Quomodo ingenia saepe calamitate intercidant.

Asinus iacentem vidit in prato lyram.
Accessit et tentavit chordas ungula;
Sonuere tactae. Bella res mehercules
Male cessit, ait, artis quia sum nescius:
Si repperisset aliquis hanc prudentior,
Divinis aures oblectasset cantibus.
Sic saepe ingenia calamitate intercidunt.

[FAB. XIV.]

MULIER VIDUA ET MILES.

Quanta sit inconstantia mulierum.

Per aliquot annos quaedam dilectum virum
Amisit et sarcophago corpus condidit;
A quo revelli nullo quum posset modo,
Et in sepulchro vitam lugens degeret,
Claram assequuta est famam castae virginis.
Interea fanum qui compilarant Iovis,

Neap. — *quum vidisset philosophus* I. in Ed. sec. (3) *an plus adv.*] I. — *ampliusne adv.* Vat. Neap. (4) *Valuisset eius*] Sic scripsi. — *Valuisset suus* Vat. Neap. — *Suus val.* I. (9) *melior qui esset*] B. Z. — *qui esset melior* Vat. Neap. — *qui fuisset vir.* I.

Fab. XIII. (2) *et tentavit*] I. C. Mai. — om. *et* Vat. Neap.

Fab. XIV. (4) *vitam lugens*] Vat. — *lugens vitam* Neap.

Cruci suffixi luerunt poenas numini.
Horum reliquias ne quis posset tollere,
Custodes dantur milites cadaverum
Monumentum iuxta, mulier quo se incluserat.
Aliquando sitiens unus de custodibus,
Aquam rogavit media nocte ancillulam,
Quae forte dominae tunc adsistebat suae
Dormitum eunti; namque lucubraverat
Et usque in serum vigilias perduxerat:
Paulum reclusis foribus miles prospicit.
Videtque aegram, sed facie pulchra feminam.
Corruptus animus illico succenditur
Et uritur sensim impudentis cupiditas,
Sollers acumen mile causas invenit,
Per quas videre posset illam saepius.
Quotidiana capta consuetudine,
Paulatim facta est advenae summissior;
Mox artiore vinxit animum copula.
Hîc dum consumit noctes custos diligens,
Desideratum est corpus ex una cruce.
Turbatus miles factum exponit mulieri.
At sancta mulier: Non est quod timeas, ait,
Virique corpus tradit figendum cruci,
Ne subeat ille poenas negligentiae.
Sic turpitudo laudis obsedit locum.

[FAB. XV.]

DUO IUVENES SPONSI DIVES ET PAUPER.

Fortunam interdum praeter spem atque exspectationem hominibus favere.

Unam expetebant virginem iuvenes duo:

(15) ∾ *produxerat* B. (17) *sed*] I. C. Z. — *et* Vat. Neap. (19) *Et uritur*] I. C. Z. — *Uriturque* Vat. Neap. (21) *illam*] I. Z. — *viam* Vat. — *eam* Mai. (25) *custos*] Vat. — *miles* Neap.

Vicit locuples genus et formam pauperis.
Ut nuptiarum dictus advenit dies,
Amans dolorem quia non poterat perpeti,
Maerens propinquos contulit se in hortulos,
Quos ultra paulo villa splendida divitis
Erat acceptura virginem e matris sinu,
Parum ampla in urbe visa quod fuerat domus.
Pompa explicatur, turba concurrit frequens,
Et coniugalem praebet hymenaeus facem.
Asellus autem, qui solebat pauperi
Quaestum deferre, stabat portae in limine.
Illum puellae casu conducunt suae,
Viae labores teneros ne laedant pedes.
Repente caelum, Veneris misericordia,
Ventis movetur, intonat mundi fragor
Noctemque densis horridam nimbis parat:
Lux rapitur oculis et simul vis grandinis
Effusa trepidos passim comites dissipat,
Sibi quemque cogens petere praesidium fuga.
Asellus notum proximum tectum subit
Et voce magna sese venisse indicat.
Procurrunt pueri, pulchram aspiciunt virginem
Et admirantur: deinde domino nuntiant.
Inter sodales ille paucos accubans,
Amorem crebris avocabat poculis.
Ubi nuntiatum est, recreatus gaudiis
Hortante Baccho et Venere, dulces perficit
Aequalitatis inter plausus nuptias.
Quaerunt parentes per praeconem filiam;
Novus maritus coniuge amissa dolet.
Quid esset actum postquam populo innotuit,
Omnes favorem comprobarunt caelitum.

Fab. XV. (6) *splendida*] I. C. Z. — *splendidi* Vat. Neap. (12) *deferre*] C. Z. — *ferre* Vat. Neap.

[FAB. XVI.]

AESOPUS ET DOMINA.

Quam noceat saepe verum dicere.

Aesopus turpi quum serviret feminae,
Quae se expingendo totum intricabat diem,
Vestem, uniones, aurum, argentum sumeret,
Nec inveniret digito qui se tangeret;
Licetne paucis, inquit? Dicas. Censeo,
Quidvis efficies, cultum si deposueris.
Adeone per me videor tibi meliuscula?
Immo, nisi dederis, sponda cessabit tua.
At non cessabunt latera, respondit, tua;
Et obiurgari iussit servum garrulum.
Post paulo armillam tollit fur argenteam.
Eam non apparere ut dictum est mulieri,
Furore plena vocat omnes et verbera
Proponit gravia, verum si non dixerint.
Aliis minare, inquit, me non falles, hera:
Flagris sum caesus, verum quia dixi modo.

[FAB. XVII.]

GALLUS LECTICA A FELIBUS VECTUS.

Nimiam securitatem saepe in periculum homines ducere.

Feles habebat gallus lecticarios.
Hunc gloriose vulpes ut vidit vehi,
Sic est locuta: Moneo praecaveas dolum:

Fab. XVI. (2) Fort. *intricaret* Or. (3) *Vestem*] Exemplar Burm. I. Z. — *Vestes* Vat. Neap. (8) *cessabit*] Burm. I. Z. — *cessavit* Vat. Neap. (11) *Post paullo armillam tollit fur argenteam*] Sic scripsi de coni. mea. — *Paullo post armillam tollit argenteam* Vat. Neap. (12) *Eam*] I. Z. — *Quam* Vat. Neap. (13) *vocat omnes, et verbera Proponit*] C. Z. (Mai.) — *vocat omnis ad verbera; Proponit* Vat. (hic *praeponit*). (15) *falles*] ut conieceram, Vat. — *fallis* Neap. (Ibid.) *hera*] Sic scripsi de mea coni. — *certe* Vat. Neap. — *quidem* I.

Istorum vultus namque si consideras,
Praedam portare iudices, non sarcinam.
Postquam esurire coepit societas fera,
Discerpsit dominum et fecit partes facinoris.

[FAB. XVIII.]

SCROFA PARTURIENS ET LUPUS.

Faciendum prius de homine periculum, quam eius te committas fidei.

Premente partu scrofa quum gemeret iacens,
Accurrit lupus et obstetricis partibus
Se posse fungi dixit, promittens opem.
Quae vero nosset pectoris fraudem improbi,
Suspectum officium repudiavit malefici;
Et, Satis est, inquit, si recedes longius.
Quod si perfidiae se commisisset lupi,
Pari dolore fata deflesset sua.

[FAB. XIX.]

AESOPUS ET SERVUS PROFUGUS.

Non esse malo addendum malum.

Servus profugiens dominum naturae asperae,
Aesopo occurrit notus e vicinia.
Quid tu confusus? Dicam tibi clare, pater,
Hoc namque es dignus appellari nomine,
Tuto querela quia apud te deponitur.

Fab. XVII. (1) *lecticarios*] Burm. I. Z. — *lecticarius* Vat. Neap. (2) *gloriose*] Burm. I. Z. — *gloriosa* Vat. Neap. (5) *societas fera*] I. Mai. — *fera societas* Vat. Neap.

Fab. XVIII. (1) *Premente*] I. C. Z. — *Tremente* Vat. Neap. (4) *pectoris*] Sic scripsi. — *pecoris* Vat. Neap. (6) *recedes*] Vat. — *recedas* Neap. (8) ∞ *Parens dolori* B. Z. Codd. lectio sic explicanda: „eodem dolore, quo conflictabatur parturiens, mors praeterea ei uisset deflenda."

Fab. XIX. (5) *querela quia apud te*] I. Z. — *quia apud te*

Plagae supersunt, desunt mihi cibaria;
Subinde ad villam mittor sine viatico.
Domi si coenat, totis persto noctibus;
Sive est vocatus, iaceo ad lucem in semita.
Emerui libertatem, canus servio.
Ullius essem culpae mihi si conscius,
Aequo animo ferrem: nunquam sum factus satur
Et super infelix saevum patior dominium.
Has propter causas et quas longum est promere,
Abire destinavi, quo tulerint pedes.
Ergo, inquit, audi: quum mali nil feceris,
Haec experiris, ut refers, incommoda:
Quid si peccaris? quae te passurum putas?
Tali consilio est a fuga deterritus.

[FAB. XX.]

EQUUS QUADRIGALIS IN PISTRINUM VENUMDATUS.

Ferendum esse aequo animo quicquid acciderit.

Equum e quadriga multis palmis nobilem
Abegit quidam et in pistrinum vendidit.
Productus ad bibendum quum foret a molis,
In circum aequales ire conspexit suos,
Ut grata ludis redderent certamina.
Lacrimis obortis, Ite felices, ait,
Celebrate sine me cursu sollemnem diem;
Ego quo scelesta furis attraxit manus,
Ibi sorte tristi fata deflebo mea.

querela Vat. Neap. (9) *Sive est voc.*] I. C. Z. — *Sive aestu voc.* Vat. Neap. (13) *dominium*] Sic scripsi. — *dominum* Vat. Neap. (14) *promere*] „Hoc voc. deest in Cod. Vat., obscurum est in Neap." Mai. (16) *nil*] I. Z. — *nihil* Vat. Neap.

Fab. XX. (1) *e quadriga*] Burm. I. C. Z. — *et quadrigam* Vat. Neap. (8) ∞ *abstraxit* B. Z.

[FAB. XXI.]

URSUS ESURIENS.

Famem acuere animantibus ingenium.

Si quando in silvis urso desunt copiae,
Scopulosum ad littus currit et prendens petram
Pilosa crura sensim demittit vado;
Quorum inter villos simul haeserunt canceres,
In terram arripiens excutit praedam maris
Escaque fruitur passim collecta vafer.
Ergo etiam stultis acuit ingenium fames.

[FAB. XXII.]

VIATOR ET CORVUS.

Verbis saepenumero homines decipi solere.

Quidam per agros devium carpens iter
Ave exaudivit et moratus paullulum,
Adesse ut vidit neminem, cepit gradum.
Iterum salutat, idem ex occulto sonus.
Voce hospitali confirmatus restitit,
Ut, quisquis esset, par officium reciperet.
Quum circumspectans errore haesisset diu
Et perdidisset tempus aliquot milium,
Ostendit sese corvus et supervolans
Ave usque ingessit. Tum se lusum intelligens:
At male tibi sit, inquit, ales pessime,
Qui festinantis male detinuisti pedes.

FAB. XXI. (3) *demittit*] Vat. — *dimittit* Neap. (4) *canceres*] C. Z. — *cancri* Vat. Neap. (7) *stultis*] I. C. Z. — *stulto* Vat. Neap.
FAB. XXII. (4) *sonus*] Vat., ut C. Z. — *sonat* Neap. (11) *male tibi*] I. Z. — *tibi male* Vat. Neap.

[FAB. XXIII.]

PASTOR ET CAPELLA.

Nil occultum esse quod non reveletur.

Pastor capellae cornu baculo fregerat;
Rogare coepit, ne se domino proderet.
Quamvis indigne laesa, reticebo tamen;
Sed res clamabit ipsa, quid deliqueris.

[FAB. XXIV.]

SERPENS ET LACERTA.

Ubi leonis pellis deficit, vulpinam induendam esse; hoc est, ubi deficiunt vires, astu utendum.

Serpens lacertam forte adversam prenderat;
Quam devorare patula quum vellet gula,
Arripuit illa prope iacentem surculum
Et pertinaci morsu transversum tenens,
Avidum sollerti rectum frenavit mora.
Praedam dimisit ore serpens irritam.

[FAB. XXV.]

CORNIX ET OVIS.

Multos lacessere debiles et cedere fortibus.

Odiosa cornix super ovem consederat;
Quam dorso quum tulisset invita et diu,
Hoc, inquit, si dentato fecisses cani,
Poenas dedisses. Illa contra pessima;
Despicio inermes, eadem cedo fortibus;
Scio quem lacessam, cui dolosa blandiar;
Ideo senectam mile in annos prorogo.

FAB. XXVI. (2) *corrupisset*] Mai. — *corripuisset* Vat. Neap.
FAB. XXVII. Index. *LEPUS*] — *LUPUS* Vat. Neap. (1) ∞ *celeripes* B. Z. (3) *Per superos oro*] C. Z. — om. *oro* Vat. Neap.

[FAB. XXVI.]

SERVUS ET DOMINUS.

Nullum maledictum esse gravius conscientia.

Quum servus nequam Socrati malediceret,
Uxorem domini qui corrupisset sui;
Idque ille sciret notum circumstantibus,
Places tibi, inquit, quia cui non debes places:
Sed non impune, quia cui debes non places.

[FAB. XXVII.]

LEPUS ET BUBULCUS.

Multos verbis blandos esse et pectore infideles.

Quum venatorem celeri pede fugeret lepus
Et a bubulco visus veprem irreperet:
Per superos oro perque spes omnes tuas,
Ne me indices, bubulce; nihil unquam mali
Huic agro feci. Et rusticus, ne timueris;
Late securus. Iamque venator sequens:
Quaeso, bubulce, numquid huc venit lepus?
Venit, sed abiit hac ad laevam; et dexteram
Demonstrat nutu partem. Venator citus
Non intellexit seque e conspectu abstulit.
Tunc sic bubulcus: Ecquid est gratum tibi,
Quod te celavi? Linguae prorsus non nego
Habere atque agere maximas me gratias;
Verum oculis ut priveris opto perfidis.

[FAB. XXVIII.]

MERETRIX ET IUVENIS.

Multa esse iucunda, quae tamen sunt incommoda.

Quum blandiretur iuveni meretrix perfida,

(5) *timueris*] I. B. Z. — *timeret* Vat. Neap. (∾ *ne timeas*, *ait* Burm.) (13) *maximas me*] I. C. Z. — *me maximas* Vat. Neap.

Et ille laesus multis saepe iniuriis
Tamen praeberet sese facilem mulieri,
Sic insidiatrix: Omnes muneribus licet
Contendant, ego te plurimi facio tamen.
Iuvenis recordans quotiens deceptus foret:
Lubenter, inquit, mea lux, hanc vocem audio,
Non quod fidelis; sed quod iucunda est mihi.

[FAB. XXIX.]

FIBER.

Multi viverent, si salutis gratia parvi facerent fortunas.

Canes effugere quum iam non possit fiber,
(Graeci loquaces quem dixerunt castorem
Et indiderunt bestiae nomen dei,
Illi, qui iactant se verborum copia:)
Abripere morsu fertur testiculos sibi,
Quia propter illos sentiat sese peti.
Divina quod ratione fieri non negem:
Venator namque simul invenit remedium,
Omittit ipsum persequi et vocat canes.
Hoc si praestare possent homines, ut suo
Vellent carere, tuti posthac viverent;
Haud quisquam insidias nudo faceret corpori.

[FAB. XXX.]

PAPILIO ET VESPA.

Non praeteritam, sed praesentem aspiciendam esse fortunam.

Papilio Vespam praetervolitans viderat;
O sortem iniquam! dum vivebant corpora,

Fab. XXIX. (4) *iactant se*] Vat. — *se iactant* Neap. (6) *sese*] I. C. Z. — *se* Vat. Neap. (10) *suo*] Neap. — *sui* Vat. (11) *carere, tuti*] I. Z. — *carere uti* Vat. — *careret uti* Neap.

Quorum ex reliquiis animam nos accipimus,
Ego eloquens in pace, fortis proeliis,
Arte omni princeps inter aequales fui.
En cuncta levitas putris et volito cinis!
Tu qui fuisti mulus clitellarius,
Quemcunque visum est laedis infixo aculeo.
Et Vespa dignam moribus vocem edidit:
Non qui fuerimus, sed qui nunc simus, vide.

[FAB. XXXI.]

TERRANEOLA ET VULPES.

Pravis non esse fidem adhibendam.

Avis, quam dicunt terraneolam rustici,
In terra nidum quia componit scilicet,
Forte occucurrit improbae Vulpeculae;
Qua visa, pennis altius se sustulit.
Salve, inquit illa, cur me fugisti, obsecro?
Quasi non abunde sit mihi in prato cibus,
Grilli, scarabaei, locustarum copia:
Nihil est, quod metuas, rogo; te multum diligo,
Propter quietos mores et vitam probam.
Respondit contra; Tu quidem bene praedicas;
Non sum in campo par tibi, sed sum sub dio:
Quin sequere; salutem tibi committo meam.

[FAB. XXXII.]

EPILOGUS.

De iis, qui legunt libellum.

Hoc qualecunque est Musa quod ludit mea,

FAB. XXX. (1) *praetervolitans*] Sic scripsi. — *praetervolantem* Vat. (In Neap. evanuit.) (4) *eloquens*] I. Z. — *loquens* Vat. Neap.

Nequitia pariter laudat et frugalitas,
Sed haec simpliciter; illa tacite irascitur.

FAB. XXXI. Index. *TERRANEOLA*] Neap. — *TERANTULA*] Vat. (1) *terraneolam*] Neap. — *terantulam* Vat. (3) *occucurrit*] I. Z. — *occurrit* Vat. Neap. (8) ∞ *metuas*, *ego* B. — Dolendum utique videtur, quod Maius Phaedri fabulas dudum notas, a Perotto Eclogis suis insertas conferre cum editionibus neglexerit.

DE CODICE DANIELINO.

Quam incerta et errorum plena omnia fuerint, quae de Codice Danielino adhuc innotuerant, perspicies, lector, ex iis, quae pagg. 17. seqq. Praefationis meae de eo disputavi. Nunc quum tandem denuo excussus sit ab Angelo Maio, V. C., omnia iam ad liquidum perducta esse merito mecum gaudebis. Continet is ergo Libri primi Fabulas octo dumtaxat: scilicet XI. XII. XIII. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. Sed audiamus Maium ipsum.

DE PHAEDRI FRAGMENTO VETERE VATICANO.

Codicum, qui Phaedri fabulas continent, summam esse penuriam, eruditi sciunt. Etenim antiquus et plenus cognoscitur unus Pithoeanus, unde princeps editio prodiit; qui codex quantivis pretii, superesse in Gallia adhuc dicitur. Alter erat priscus Remensis, qui anno MDCCLXXIV. incendio absumptus fuit. Tertius Phaedri codex ab eruditis appellatur fragmentum vetustum quoddam, quod Petrus Daniel e vastitate, quam Floriacensi S. Benedicti coenobio

ad Ligerim (non ad Oscarum, ut quidam ait) Calvinistae intulerunt, sibi vindicavit; mox idem ad Petavii senatoris manus devenit; Christinam deinde Suecam dominam habuit; postremo in bibliotheca Vaticana cum ceteris Reginae codicibus collocatum est.

Quartus Phaedri codex ille est Parmensis, nunc Neapolitanus, quo Perottus fabulas Phaedri cognitas XXXII. totidemque novas descripsit. Atque hactenus Phaedrianorum notitia codicum a doctis traditur*). (Mitto enim Divionensem quendam et alterum Weissenburgensem, quoniam hi non Phaedrum, sed barbaricas fabularum eius paraphrases prae se ferunt.) Ego demum quintum Phaedri codicem, Vaticanum-Urbinatem scilicet, ad vulgi cognitionem deduco, de quo in superiore monito ante fabulas novas verba feci. Mea tamen multo maior vel laetitia fuisset vel felicitas, si pro Perottina epitome, codicem Phaedri plenum invenissem, in quo Perottinae fabulae extarent: ut de ipsarum sinceritate tandem aliquando, si fieri potest, certiores efficeremur: quod ut mihi vel aliis accidat, sperare non ausim.

Nunc autem superest, ut de Floriacensi fragmento, quod reapse inter Vaticanos Christinae Suecae codices conservatur, paulo accuratius dicam; immo vero quicquid eo continetur, quod oppido pusillum est, in hoc meo libro collocem. Est is miscelli generis codex: nam primum occurrit Guidonis musica seculo XI. vel XII. scripta; ita ut hoc exemplar aetati ipsius auctoris suppar sit. Sed illud praecipue animadvertendum est, quod heic Guido haud *Arretinus* dicitur, sed *Augensis*. Sic enim in prima pagina: *prooemium magistri Guidonis Augensis super musica.* Deinde in eadem pagina: *incipit tractatus Guidonis*

*) Legesis dissertationes Phaedro praepositas in Cl. Lemaerii Parisiaca editione.

Augensis super musica. Atque hoc antiquissimi codicis testimonio haud scio an Arretinis eripiatur civis Guido, quem iis unica fortasse Sigeberti auctoritas largiebatur*). Posterior codicis pars Romanense poëma copiosum atque vetustum continet. Medio autem codice quaternio inseritur paginarum octo, quarum tres priores FABULIS OCTO PHAEDRI occupantur; quarta pagina, id est, versa secundi folii, piam Hincmari precationem habet; in sexta et septima psalmus legitur, cuius initium *inclina Domine aurem tuam*, isque etiam Graece ibidem, litteris tamen Latinis, conscribitur. Octava demum nil fere habet praeter verba haec: *hic est liber S. Benedicti Floriacensis, quem si quis furatus fuerit, vel aliquid (malo) ingenio tulerit, anathema sit.* Porro hic etiam codex cum aliis multis, Lutetiam a victoribus Gallis nostra aetate translatus fuerat, uti stemma docet democraticae Parisiorum bibliothecae, quod in membranis minio semel et iterum, ut in reliquis δορυλήπτοις Vaticanis, impressum fuit. Sed enim Phaedri fragmentum, propter suam tenuitatem, Parisiis non est agnitum. Etenim quum Schwabius de hoc Ms. dixisset: *an hodie extet in bibliotheca Vaticana, an nuper a Gallis cum aliis cimeliis Parisios transmissus sit, non constat;* adnotavit ibi Barbierius: *ce manuscrit ne s'est pas trouvé parmi ceux de la bibliothèque du Vatican, qui ont été apportés à Paris.*

Aliud est in quo errant, duce Desbillonio, nonnulli, qui in Floriacensi seu Petri Danielis hoc fragmento duas de tribus primi libri Phaedriani partibus

*) Quia Guido opus suum episcopo Arretino Theodaldo inscripsit, idcirco fortasse Sigebertus Arretinum dixit Guidonem. Atqui monachi praesertim patrias suas deserunt. Nonne ex. gr. Gerbertus Gallus Bobiense in Italia coenobium regebat?

continineri affirmarunt. Atqui primi libri fabulae sunt XXXI.; fragmentum vero habet tantummodo *octo*, et quidem ea ratione in membranis scriptas, ut nihil inde subtrahi unquam potuerit. E prima enim recta pagina et versa nihil demere licet: transitum autem a secunda ad tertiam paginam nectit fabula quinta, quae utriusque folii partem occupat. Denique quartam paginam diverso argumento impeditam diximus. Fragmentum igitur Floriacense plus octo fabulis nullo tempore habuit: neque reapse in aliis fabulis lectiones variae a criticis ex hoc fragmento ponuntur. Quod si aliquando fit, errore criticorum accidit, qui alium pro alio appellant codicem.

Sed age operae pretium est fragmentum ipsum quantulumcunque est, totum lectoribus exhibere; ita ut mea editio instar codicis sit: quod non ingratum philologis fore puto, tum quia non omnis lectionum eius varietas ab antiquis criticis patefacta fuit; immo interdum potius perversa: tum quia parem Pithoeano codici laciniam cognoscere iucundum est; tum quia denique chartam oppido brevem in libro meo occupabit. Sic nuper in primo classicorum Vaticanorum volumine Salustianum de codice item Christinae Suecae fragmentum prompsi, quod aeque in Gallia apud Petrum Danielem olim fuerat; deinde eius membranae ex oculis hominum evanuerant: quumque pessime hactenus fuisset editum, a me demum in nativam sanitatem revocatum est. Sed ad Phaedri fragmentum veniamus.

*Incipit sic fragmentum Vaticanum s. Danielinum (D.):

PHAEDRI AUG. L. AESOPIARUM INCIPIT FELICITER.

Sequitur statim Lib. I. Fab. XI. omisso tamen primo verso *Virtutis expers verbis iactans gloriam:* ideo puto, quia vel hic scriba librarius eum totum minio vel viridi colore exhibiturus erat, idque postea neglexit, vel idem iam acciderat in ἀρχετύπῳ, quod ante oculos habebat. Iam quum D. recte habeat cum ceteris (v. 2.) *Ignotos fallit, notis est derisui*, placuit tamen Maio Barthii παραδιόρθωσις *ignotus - - notus.* (4) *ut insueta*] Nos. — *ut ille insueta* D., quod locum non habet vel propter proxime praecedens *illum.* — Ibid. *terreret*] — *terreret et* D. e geminatione. (5) Habet re vera D.: *Fugientes ipse exciperet.* Ibid. *auritulus*] — *auriculus* etiam D., quod retinendum videtur Maio, mihi non. (6) Maio teste etiam D. *Clamorem subito*, non cl. *subitum.* Ibid. *tollit totis*] — *totis tollit* D. (14) — *Insignis, inquit. Nisi nossem tuum* D. „Multo gratior ita fluit sententia in fragmento nostro quam in Edd. *insignis, inquit, sic ut nisi.*" Mai. Non vidit Criticus Bergomas in D. lectione integrum deesse pedem.

Fab. XII. vv. 1. et 2. sic:

Saepe esse utiliora, quae contempseris,
Eius rei testis haec narratio est.

Tum index fabulae, (ut etiam Fab. XVIII. XIX. XX.):

CERVUS AD FONTEM LAUDAT CORNUA.

(4) „Perperam Critici aiunt codicem Danielis habuisse *fagiem*; namque ibi ab eadem vetusta manu corrigitur *effigiem*." Mai. (7) *venantum*] — *venatum* D. (8) Habet D., ut testatus est Heinsius: *dedisse vocem hanc*.

Fab. XIII. (1) *Qui*] — *quae* D. Ibid. *gaudet*] — *gaudent* D. (2) *Fere dat poenas turpi poenitentia*] — *Serae dant poenas turpi poenitentiae* D. „Ita Cod. Perperam ergo critici veteres aiebant se legisse apud nostrum *Sera dant poenas turpeis poenitentia*. Male item legebant *fere* pro *serae*." Mai. Verum quae sit huiusce versiculi constructio, non dixit. Omnino corrigendus erat cum Heinsio, qui in referenda lectione D. suam tacite immiscuit emendationem:

Qui se laudari gaudet verbis subdolis,
Serae dat poenas turpes poenitentiae.

Praefero scil. ex Phaedri more numerum singularem. (5) *Vulpes hunc vidit*] — *Vulpes ut vidit* D. „Ita Cod. At supra et infra *vulpis*." Mai. Ibid. Habet re vera D., ut testatus est Heinsius: *deinde sic*, non *dehinc sic*. (6) *O qui - - pennarum*] — *o quis - - pinnarum* D. (7) *decoris*] — *decorem* D. (9) *At ille stultus, dum vult vocem ostendere*] — *At ille dum etiam vocem vult o.* D. (10) *Emisit*] „D. *latiorem emisit*. Sed *latiorem* obelo ibidem expungitur." Mai. Sic sublatum est dubium, quod prius inhaeserat. (12) *Tum demum - - praevalet sapientia*] Pro his D. haec habet ἄμετρα: *Tunc demum ingemuit corvus: cur dolosis fuisset deceptus fraudibus ut ignavus*. De mira leotione, quam Heinsius in D. sibi reperisse visus est: *cerdonis dolos*, nullum adest vestigium.

Fab. XVII. (1) *malefici*] — *maleficii* D. (3) Habet D. re vera *commodasse*. (5) *Deberi*] — *de-*

bere D. (8) *Bidens*] — „*videns* D. Sed *v* confoditur in margine." Mai. Ibid. *in fovea conspexit*] — *prospexit in fovea* D.

Fab. XVIII. (1) *actis*] Firmat hanc Meursii emend. D. pro: *peractis* P. p. (2) *Humo*] ∞ *humi* D. ut Heins. (6) *inquit, illo posse*] — *inquit illa, posse* D. (7) *initio*] — *inicium* (sic) D.

Fab. XIX. (4) *tugurio*] „D. *tugulio*. De *l* pro *r* in antiquis Mss. dixi ad Cicer. de rep. Ed. secund. pag. 19. et 45." Mai. (5) *dein*] „D. *deinde;* mox alterum *de* expungitur ab antiqua manu." Mai. (6) *admovit*] — *admonuit* D. ut P. R. (7) *catulos posset ducere*] — *posset catulos deducere* D. (8) *flagitare*] — *flagitari* D. (9) *Cubile coepit. Si*] — *Cubile coepit. Illa: si* D. ἀμέτρως.

Fab. XX. (2) *perniciem*] — *pernitiem* D. Ibid. *mortales*] = *mortalis* D. Habet re vera *ebibere* et *prius Periere* D.

Fab. XXI. (2) *Ignavis est etiam iocus*] ∞ *Ignavis etiam iocus est* D., ut p. S.; quod hac auctoritate firmatum nunc praefero. (5) *ad eum venit*] — *venit ad eum* D. (6) „*ictu veterem*]" (ut nos:) „Ita prisca manu corrigitur in D., ubi antea scriptum erat *veterem ictu*." Mai. (10) *Fortes indigne tuli*] — *Fortis indigne fero* D. „Nihil amplius est in Codice ex hac fabula. Sequitur enim in aversa pagina pia precatio Hincmari." Mai.

PUBLII SYRI
CODD. BASILEENSIS ET TURICENSIS.

Quum aliquot ante annis desideratissimum fratrem patruelem in emendando atque interpretando Publio Syro adiuvissem, nunc, quum in duos eius antiquissimos codices a nemine prius excussos casu inciderim, hac occasione Phaedrum redintegrandi oblata ad illum quoque reverti placuit, ut et tota ratio librorum, qui eius sententias nobis servarunt, clarius perspiceretur, versus adhuc delitescentes promerentur, loci nonnulli corrigerentur. Id autem in primis memorabile est, in Cod. Turic. plerasque sententias ita interpolatas esse atque inquinatas omnis generis ineptiis, ut Monachi Christiani pravum ingenium in iis manifesto agnoscas. Sic planissimis saepe ac venustissimis barbara, stulta, etiam quavis probabili sententia destituta substituere illa natio audebat. Idem, ut alibi demonstravi, accidit in Tullii *Oratore*. Nihilominus hic ipse Codex servavit triginta circiter sententias ante ignotas. — Cod. Frisingensem descripsit I. C. v. Aretin *Beyträge zur Geschichte u. s. w. 9. Stück. September. München* 1806. pag. 257.

O. = Io. Conradus Orellius.

B. = Bothe.

I.

PUBLII SYRI

ET ALIORUM SENTENTIAE

E COD. BASIL. K. III. 34. SEC. X. POST SALUSTI IUGURTHAM.

Alienum est omne quicquid optando evenit.
Ab alio expectes. alteri quod feceris.
tuto
Animus vereri qui scit. scit apta ingredi.
Auxilia humilia firma confessus facit.
Amor animi arbitrio sumitur. non ponitur.
Aut amat. aut odit mulier. nihil est tertium.
Ad tristem partem. strenua suspicio.
est
Ames parentem. si aequus. si aliter feras.
Aspicere oportet. quod possis perdere.
nisi
Amici vicia. si feras necesse est facias tua.
est
Alienum aes homini ingenuo acerba servitus.
Absentem laedit. cum ebrio qui litigat.
Amans iratus multa mentitur sibi.
Avarus ipse miseriae causa est suae.
Amans quid cupiat. scit. quid sapiat. non videt.

(1) = 14. O. = 17. B. — *homine* B. ∾ *venit* OB. (2) = 2. O. 2. B. — *altero* B. (3) = 48. O. = 49. B. — *tuta* OB. (4) = 67. O. = 66. B. ∾ *consensus* OB. (5) = 36. O. = 36. B. (6) = 66. O. = 65. B. (7) = 7. O. = 10. B. ∾ *strenua est* OB. (8) = 24. O. = 27. B. (9) = 55. O. = 9. B. ∾ *quidquid nolis perdere* OB. (10) = 29. O. = 29. B. ∾ *Amici vitia si feras, facis tua* OB. (11) = 13. O. = 16. B. ∾ *acerba est serv.* OB. (12) = 4. O. = 4. B. (13) = 16. O. = 20. B. (14) = 61. O. = 59. B. (15) = 17. O. = 21 B.

Amans quod suspicatur vigilans somniat.
non
Ad calamitatem. quilibet rumor valet.
elabi
Amor extorqueri non potest. sed labi potest.
Ab amante lacrimis redimas iracundiam.
Aperte mala cum est, tum demum est mulier bona.
Avarum facile capias. ubi non sis idem.
Amare et sapere vix adeo conceditur.
um
Avarus nisi cum moritur, nihil recte facit.
Aestate cinaedum celat. aetas indicat.
Arcum intensio frangit. animum remissio.
Amicos secundae res optime parant. adversae certissime probant.
Avarus damno potius quam sapiens dolet.
Avaro quid mali optes. nisi ut vivat diu?
Animo dolenti nil oportet credi.
Alienum nobis, nostrum plus aliis placet.
Amoris vulnus idem qui sanat facit.
Amare iuveni fructus est. crimen seni.
Anus cum ludit, morti delicias facit.
Ad poenitendum properat. cito qui iudicat.
Aleator quantum in arte melior. tanto est nequior.

(16) = 18. O. = 22. B. (17) = 5. O. = 6. B. (*rumor valet* OB) (18) = 37. O. = 37. B. ∾ *non pote*, *elabi pote* OB. (19) = 3. O. = 3. B. (20) = 52. O. = 51. B. — *quum est mulier*, *tum demum est bona* OB. Praefero Cod. Bas. ordinem. (21) = 57. O. = 56. B. ∾ *item* B. (22) = 20. O. 25. B. ∾ *vix deo* OB. (23) = 62. O. = 60. B. ∾ *nil recte* OB. (24) = 11. O. = 14. B. ∾ *Aetas cinaedum* OB. (25) = 53. O. = 791. B. — *Remissio animum frangit*, *arcum intensio* B. (26) ἄμετρος abest ab OB. (27) = 60. O. = 58. B. (28) = 56. O. = 55. B. — *nisi Vivas diu* B. (29) = 44. O. = 44. B. — *credere* OB. Puto fuisse *credier*. Ceterum vv. 25, 26. 27. et 29. exarati sunt ab alia manu, sed tamen satis antiqua. (30) = 12. O. = 15. B. ∾ *aliena nobis*, *nostra - - placent* OB. (31) = 39. O. = 39. B. — *sanat idem qui facit* OB. In Cod. Bas. hic versus est ab alia manu. (32) = 20. O. = 26. B. (33) = 51. O. = 50. B. (34) = 6. O. = 8. B. (35) = 792. O. =

est
Amor ociosae causa sollicitudinis.
Bis est gratum quod opus est. si ultro offeras.
Bonarum rerum consuetudo pessima est.
Beneficium qui dare nescit. iniuste petit.
Bonum est aspicere fugienda. in alieno malo.
Beneficium accipere. libertatem est vendere.
Bona nemini hora est. ut non alicui sit mala.
Bis enim mori est. alterius arbitrio mori.
Beneficia plura recipit. qui scit reddere.
Bis peccas. cum peccanti obsequium accommodas.
Bonus animus. nunquam erranti obsequium accommodat.
Beneficium qui dedisse se dicit. petit.
Benivoli coniunctio animi maxima est cognatio.
Beneficium saepe dare. docere est reddere.
Bonitatis verba imitari. maior malicia est.
Bona opinio hominum tutior pecunia est.
si ob nequaquam
Bonum quod est. subprimitur. nunquam extinguitur.
Bis vincit. qui se vincit in victoria.
Benignus etiam dandi causam cogitat.
Bis interimitur. qui suis armis perit.
Bene dormit. qui non sentit quam male dormiat.

941. B. ∾ *quanto in arte est melior* OB. (36) = 41. O. = 41. B. = *causa soll.* OB. (37) = 86. O. = 89. B. ∾ *Bis gratum est, quod dato opus est* OB. (38) = 98. O. = 102. B. = *cons. est pessima* OB. (39) = 77. O. = 77. B. ∾ *dare qui* OB. (40) = 106. O. = 111. B. ∾ *fugienda adspicere* OB. (41) = 74. O. = 75. B. (42) = 95. O. = 99. B. (43) = 85. O. = 87. B. ∾ *Bis emori est* O. ∾ *Bis est mori* B. (44) = 72. O. = 72. B. (45) = 88. O. = 92. B. (46) = 110. O. = 117. B. (47) = 78. O. = 80. B. (48) = 128. O. = 139. B. ∾ om. *benivoli* OB. (49) = 79. O. = 81. B. (50 = 102. O. = 106. B. (51) = 96. O. = 100. B. (52) = 107. O. = 114. B. — *Bonum quidem supprimitur, nequam extinguitur* O. — *Bonum si premitur, at nequaquam exstinguitur* B. Placet Cod. Bas. manus prima: *Bonum quod est, supprimitur, nunquam exstinguitur.* (53) = 89. O. = 93. B. (54) = 84. O. = 87. B. ∾ *excogitat* B. (55) = 87. O. = 91. B. (56) = 70. O. = 69. B.

Bonorum crimen est officiosus miser.
Bona quae veniunt. nisi sustineantur. vadunt ut opprimant.
Bona fama in tenebris proprium splendorem optinet.
Bene cogitata si excidunt. non occidunt.
Bene perdit nummos. iudici cum dat nocens.
Bona in parente. anima est pecunia.
Bonum ad virum. cito moritur iracundia.
s s
Breve men ipsa est memoria iracundiae.
tu
Bona turpido est. quae periclum vindicat.
Bona comparat praesidia misericordia.
ubi das
Beneficium dignis omnes obliges.
Consueta vicia ferimus. non reprehendimus.
Crudelis in re adversa est obiurgatio.
Cavendi nulla est dimittenda occasio.
Cui semper dederis. ubi neges. rapere imperes.
Crudelem medicum intemperans facit.
Cuius mortem amici expectant. vitam cives oderunt.
Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.

(57) = 104. O. = 108. B. (58) = 97. O. = 101. B. — *Bona quae veniunt nisi sustineantur, opprimunt* O. — *Bona quae vehunt, nisi sustineantur, opprimunt* B. — *sust. cadunt ut opprimant* Sartorius. (59) = 92. O. = 97. B. (60) = 69. O. = 67. B. (61) = 81. O. = 83. B. ∾ *quos dat* OB. (62) = 93. O. = 46. B. ∾ *Bona, imperante animo, fiet p.* O. — *Animo imperante fit bonum p.* B. coni. (63) = 105. O. = 110. B. (64.) = 111. O. = 118. B. — *Brevis mens ipsa est m.* O. — *Brevissima esto memoria* cum Grutero B. Sed e vestigiis Cod. Bas. leg. videtur: *Breve venenum ipsa est memoria iracundiae.* (65) = 99. O. 103. B. — *periculum* O. (66) = 91. O. = 95. B. (67) = 76. O. = 78. B. ∾ *dignis ubi des* OB. — *obligas* B. (68) = 133. O. 143. B. = *reprendimus* O. (69) = 143. O. = 153. B. — *est in re adversa* OB. (70) = 118. O. = 126. B. (71) = 148. O. = 161. B. — *negas - - imperas* OB. (72) = 141. O. = 153. B. ∾ *int. aeger facit* OB. (73) = 157. et 797. O. = 948. B. — *Cuius mortem expetunt cives, vitam oderunt* v. 157. O. (v. 797., ut Bas.) — *Cuius mortem amici expectunt, vitam cives oderint* B.

Citius venit periclum. cum contempnitur.
Casta ad virum matrona parendo imperat.
Cito ignominia fit superbi gloria.
Consilio melius vincas. quam iracundia.
Cuivis dolori remedium est patientia.
Cotidie dampnatur. qui semper timet.
Cum vitia prosunt. peccat qui recte facit.
Contumeliam nec fortis potest. nec ingenuus pati.
Conscientia animi nullas invenit linguae preces.
Cito improborum laeta ad perniciem cadunt.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
titia
Contempni est gravius quam stulte percuti.
dies
Cotidie est deterior. posterior fides.
Crimen relinquit vitae. qui mortem appetit.
Discipulus est prioris. posterior dies.
Dampnare. obiurgare cum auxilio est opus.
Diu adparandum bellum. ut vincas celerius.
cum ingratum
Dixeris maledicta cuncta, cum gratis hominem dixeris.
De inimico non loquaris male. sed cogites.
Deliberare utilia. mora est tutissima.

Sed rectum est *odĕrunt*. (74) = 153. O. = 168. B. (75) = 121. O. = 130. B. (76) = 115. O. = 123. B. (77) = 123. O. = 133. B. (78) = 132. O. = 141. B. (79) = 149. O. = 163. B. (80) = 138. O. = 149. B. (81) = 154. O. = 169. B. (82) = 796. O. = 946. B. — *Contumeliam nec ingenuus fert, nec fortis facit* O. — *Contumeliam nec fortis fert, neque ingenuus facit* B. (83) = 794. O. = 944. B. Cod. Bas. firmat egregiam Bentleii coniecturam. (84) = 124. O. = 134. B. (85) = 127. O. = 137. B. (86) = 134. O. = 145. B. ∞ *Contemni gravius est sapientiae quam perculi* O. — *Contemni gravius sapienti est q. p.* (87) = 139. O. = 150. B. (88) = 140. O. = 152. B. — *mortem qui* O. (non B.) (89) = 174. O. = 188. B. (90) = 158. O. = 171. B. ∞ *Damnare est obi.* OB. (91) = 177. O. = 192. B. ∞ *apparandum est* OB. (92) = 799. O. = 950. B. ∞ *ingratum quum hominem* OB. (93) = 163. O. = 176. B. ∞ *ne loquaris* OB. (94) = 167. O. = 179. B. ∞ *tutissima est* OB.

Dolor decrescit. ubi quod crescat non habet.
Dediscere fere feminae est mendacium.
Discordia fit carior concordia.
Deliberandum est quicquid statuendum est semel.
Difficilem habere oportet aurem ad crimina.
Dum vita grata est. mortis conditio est optima.
Dampnum appellandum est cum mala fama lucrum.
Ducis in consilio. posita est virtus militum.
Dies quod donat timeas. cito raptum venit.
Dimissum quod nescitur. non amittitur.
Etiam innocentis cogit mentiri dolor.
tori
Et tamen peccato recte praestatur fides.
Etiam celeritas in desiderio mora est.
Ex vicio alterius sapiens emendat suum.
Et deest et superat. miseris cogitatio.
Etiam oblivisci quid sis interdum expedit.
Ex hominum quaestu. facta fortuna est dea.
Effugere cupiditatem. regnum est vincere.
Exuli ubi nusquam domus est. sine sepulchro mortuus est.
Et qui fecerunt, oderunt iniuriam.
Eripere telum, non dare irato decet.
Exilium pati est. patriae qui se denegat.

(95) = 179. O. = 196. B. ∾ *quo* OB. (96) = 171. O. = 184. B. ∾ *Didicere flere feminae in mendacium* O. itemque B.; sed: *Didicerunt.* (97) = 175. O. = 189. B. (98) = 166. O. = 191. B. — *Deliberandum est diu quod stat.* O. — *Diu deliberandum, statuendum est semel* B. coni. (99) = 173. O. = 188. B. — *oportet aurem habere* OB. Praestat ordo Cod. Bas. (100) = 182. O. = 203. B. ∾ *optima est* OB. (101) = 160. O. = 173. B. (102) = 180. O. = 200. B. (103) = 172. O. = 186. B. (104) = 35. O. = 35. B. — *Amissum* de Bentl. coni. OB. (105) = 197. O. = 222. B. (106) = 198. O = 223. B. ∾ *Etiam in peccato r.* OB. (107) = 195. O. = 221. B. (108) = 212. O. = 238. B. (109) = 192. O. = 219. B. (110) = 199. O. = 224. B. ∾ *qui sis* OB. (111) = 207. O. = 232. B. (112) = 183. O. = 205. B. (113) = 805. et 157. (cfr. 159. et 967. B.) — *Exul is, cui nusquam* O. — del. *Exul is* O. 157. et B. ut sit: *Cui nusq.* ∾ *est mortuus* OB. (114) = 201. O. = 226. B. — *Etiam qui faciunt, oderint i.* OB. Praestat lectio Cod.

Etiam capillus unus habet umbram suam.
Eheu quam miserum est fieri metuendo senem.
Etiam hosti est aequus. qui habet in consilio fidem.
Excelsis multo facilius. casus nocet.
fert in
a
Fidem qui perdit quo se servet reliquum?
Fortuna cum blanditur. captatum venit.
Fortunam citius reperias. quam retineas.
Formosa facies. multa commendatio est.
Frustra rogatur. qui misereri non potest.
Fortuna ubi aliquid fregit. quassum est.
Fraus est accipere. quod non possis reddere.
Fortuna nimium quem fovet. stultum facit.
Fatetur facinus is. qui iudicium fugit.
Felix improbitas. optimorum est calamitas.
Feras, non culpes. quod mutari non potest.
Futura non pugnant. ne se superari sinant.
Furor fit laesa saepius patientia.
Fidem qui perdidit. nihil potest ultra perdere.
rapit
Facilitas animi. ad partem stultitiae sapit.
Fides unanima unde habet nunquam redit.
nemo
Fidem nunquam perdit. nisi qui non habet.

Bas. (115) = 187. O. = 211. B. (116) = 208. O. = 233. B. ∾ *Exilium patitur qui* OB. (117) = 194. O. = 220. B. (118) = 185. O. = 207. B. (119) = 196. O. (om. B.) (120) = 205. O. = 230. B. (121) = 229. O. = 250. B. ∾ *quo se servet relicuo* OB. (122) = 232. O. = 253. B. (123) = 236. O. = 256. B. (124) = 231. O. = 252. B. ∾ *muta* OB. (125) = 248. O. = 272. B. (126) = 243. O. = 266. B. ∾ *F. unde a. f. cassum penitus est* OB. (127) = 245. O. = 269. B. (128) = 237. O. = 260. B. (129) = 220. O. = 242. B. (130) = 223. O. = 244. B. (131) = 235. O. = 246. B. (132) = 250. O. = 274. B. ∾ *Futura pugnant* OB. — *nec se superari sinunt* B. (133) = 249. O. = 273. B. (134) = 228. O. = 249. B. ∾ *perdere ultra nil potest* OB. (135) = 214. O. = 240. B. — *rapit* OB. Sed Cod. Bas. prima manus rectum *sapit* servavit: „ex parte stultitiam refert." (136) = 230. O. = 251. B. ∾ *ut anima, unde abiit, eo n.* OB. (137) = 227. O. = 248. B. ∾ *nemo unquam* OB.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.
Fulmen est ubi cum potestate habitat iracundia.
Frustra cum ad senectam ventum est repetas adolescentiam.
Falsum maledictum. malivolum mendacium est.
Feminae naturam regere. desperare odium est.
Fer difficilia. ut facilia perferas.
Fortuna vitrea est. tum cum fulget frangitur.
Feras quod laedit. ut quod prodest feras.
quem
Facit gratum fortuna. cum nemo videt.
Fortuna. hominum plus quam consilium valet.
Grave praeiudicium est. quod iudicium non habet.
Gravissima est probi hominis iracundia.
i
Gravis anima poena est. quem post facti poenitet.
Gravis animus dubiam non habet sententiam.
Gravius est malum omne, quod sub aspectu latet.
Gravius nocet. quodcunque inexpertum accidit.
Gravior est inimicus. is qui latet in pectore.
Gravissimum est imperium consuetudinis.

(138) = 240. O. = 262. B. (139) = 810. O. = 958. B. (140) = 809. O. = 957. B. — *est ventum* O.; ut Bas., B. (141) = 218. O. (B. p. 233.) (142) = 807. O. = 955. B. — *F. tutelam gerere* O. de Bentl. coni. Recte B. Codd. lect. servavit: *naturam regere.* ∞ *est otium* OB. (143) = 224. O. 245. B. ∞ *Fer difficilia; facilia levius perferes* OB. (144) = 243. O. = 265. B. = *quum splendet* OB. (145) = 226. O. (B. p. 233.) ∞ *ut et id, quod pr.* O. (146) = 216. O. = 280. B. — *quem nemo videt* O. — *Gratum facit fortuna, cui nemo invidet.* B. Sed retinenda Cod. Bas. prima manus: *Facit gratum Fortuna, quum nemo videt;* scil. eam. Rem gratam atque acceptam facit nobis Fortuna, ubi ita nobis favet, ut nemo id animadvertat neque aliorum invidiae exponamur. (147) = 233. O. = 261. B. — *Fortuna plus homini quam c. v.* O. — *Fortuna nulli plus quam c. v.* B. Sed legendum: *Fortuna humanum plus quam consilium valet.* (148) = 255. O. = 282. B. (149) = 260. O. = 286. B. (150) = 256. O. (B. p. 234.) — *animi - - facta* O. (151) = 257. O. = 284. B. (152) = 262. O. = 288. B. — *Gravius malum omne est, quod sub aspectu latet* OB., nullâ sententiâ. Scil. legendum est: *Graviust malum omni quod sub aspectu latet.* Quod si non feras correptionem v. *quod,*

Grave crimen etiam leviter cum est dictum nocet.
Heu quam difficilis gloriae custodia est.
Homo extra corpus suum est. cum irascitur.
mori tutum putat
Heu quam est timendus qui amorem tuum putat.
Homo qui in homine calamitoso est misericors. meminit sui.
Honesta turpitudo est. mori pro causa bona.
Habet in adversis auxilia. qui in secundis commodat.
Heu quam miserum est laedi ab eo de quo non possis queri.
Hominem experiri multa paupertas iubet.
Heu pro dolor. quam miser est. qui in tormento vocem non habet.
Heu quam multa poenitenda incurruntur vivendo diu.
Heu quam miserum est discere servire. ubi sis doctus dominari.
Habet suum venenum blanda oratio.
Homo totiens moritur. quotiens amittit suos.
Homo semper aliud fuerit in alterum. aliud cogitat.
Honestus rumor alterum est patrimonium.
Homo ne sit sine dolore. fortunam invenit.

delendum erit *sub.* (153) = 263. O. = 289. B. (154) = 258. O. = 283. B. — *est inimicus qui* O. — *inimicus est qui* B. (155) = 261. O. = 287. B. (156) = 253. O. = 281. B. ∾ *dictum est* OB. (157) = 269. O. = 296. B. (158) = 274. O. = 302. B. ∾ *est suum* OB. (159) = 270. O. = 297. B. Habent: *qui mori tutum putat.* (160) = 816. O. = 963. B. (161) = 803. O. = 951. B. ∾ *Est honesta turpitudo pro bona causa mori* OB. (162) = 811. O. = 959. B. (163) = 814. O. = 961. B. In Cod. Bas. vv. *ab eo - - - queri* ab alia manu scripta sunt. — *ab eo laedi - ausis* O. = *laedi ab illo - - ausis* B. (164) = 272. O. = 299. B. (165) = 812. O. = 960. B. ∾ *Heu dolor* OB. ∾ *vocem qui in t. n. h.* B. (166) = 815. O. = 962. B. ∾ *incurrunt viventes diu* O. — *Heu quam poenitenda incurrunt multa viventes diu* B. (167) = 813. O. (B. p. 261.) — *ubi dominari doctus es* O. (168) = 265. O. = 291. B. (169) = 277. O. = 304. B. (170) = 276. et 817. O. (B. p. 235.) — *Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat* O. v. 276. — *Homo semper aliud fert in se; in alterum aliud cogitat* O. v. 817. (171) = 283. O. = 313. B. — *est alterum* O., non B. (172) = 275. O. = 303. B.

Honeste serviet. qui succumbit tempori.
Homo vitae commodatus. non donatus est.
Heres fictus sub persona risus est.
Heredem ferre utilius est. quam quaerere.
Habent locum maledicti crebrae nuptiae.
Inferior orrescit. quicquid peccat superior.
Inimicum ulcisci. vitam accipere est alteram.
Invitum cum retineas. exire incites.
Ingenuitatem laedis. cum dignum roges.
In nullo avarus bonus est. in se pessimus.
Inopi beneficium bis dat. qui dat celeriter.
Inopiae parva desunt. avaritiae omnia.
Instructa inopia est in divitiis cupiditas.
In se vitat culpam. qui peccatum praeterit.
Iocundum nihil est. nisi quod reficit varietas.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Irritare est calamitatem. cum te felicem vocaveris.
Inpune pecces in eum. qui peccat rarior.
Ingratus unus miseris omnibus nocet.
In misera vita contumelia est.
fieri
Ita amicum habeas. posse ut facile hunc ñ inimicum putes.

(173) = 281. O. = 312. B. ∾ *servit* OB. (174) = 278. O. = 305. B. (175) = 267. O. = 295. B. ≠ *Heredis fletus* OB. (176) = 266. O. — 294. B. (177) = 264. O. = 290. B. (178) = 305. O. = 338. B. ∾ *Inferior rescit* recte O. — *Inferior ascit* B. (179) = 316. O. = 347. B. (180) = 338. O. = 377. B. (181) = 309. O. = 340. B. ∾ *quum indignum rogas* OB. (182) = 324. O. = 359. B. ∾ *In nullum* OB. (183) = 326. O. = 361. B. (184) = 325. O. = 359. B. ∾ *desunt pauca* OB. (185) = 329. O. = 365. B. (186) = 337. O. = 376. B. ∾ *Invitat culpam* OB. (187) = 348. O. = 386. B. (188) = 308. O. = 339. B. (189) = 823. O. = 970. B. ∾ *vocas* OB. (190) = 297. O. = 329. B. ∾ *peccat prior* B. (191) = 312. O. = 344. B. ∾ *omnibus miseris* OB. (192) = 322. O. = 356. B. — *In miseri vitia nulla contumelia est* O. — *In misero vita est etiam contumelia* B. In Cod. Bas. vv. *contumelia est* addita sunt ab alia manu. (193) = 345. O. = 971. B. — *posse inimicum fieri ut putes* O. ∾ *posse ut facile fieri hunc inimicum putes* B. (194) = 335. O. = 372. B.

Invidiam ferre aut fortis aut felix potest.
In amore semper mendax iracundia est.
Invidia tacite. sed inimice irascitur.
Iratum breviter vites. inimicum diu.
Iniuriarum remedium est oblivio.
Iracundiam qui vincit. hostem superat maximum.
Iactum tacendo crimen facias acrius.
In malis sperare bene. nisi innocens nemo solet.
In iudicando criminosa est celeritas.
Inimicum quamvis humilem. docti est metuere.
In calamitoso risus etiam iniuria est.
Iudex dampnatur. cum nocens absolvitur.
Ignoscere hominum est: nisi pudet cui ignoscitur.
In rebus dubiis plurima est audacia.
Illo nocens se damnat. quo peccat diu.
iui
Ita crede amico. ne sit amico locus.
Iratus etiam facinus consilium putat.
Invidia id loquitur. non quod subest.
Loco ignominiae est apud indignum dignitas.
Laus nova nisi oritur. etiam vetus amittitur.
Laeso doloris remedium est. inimici dolor.

(195) = 300. O. = 330. B. In Cod. Bas. v. *est* additum ab alia manu. (196) = 336. O. = 373. B. (197) = 339. O. = 378. B. (198) = 320. O. = 355. B. (199) = 822. O. = 969. B. (200) = 217. O. = 317. B. — *Factum* O. Egregie Cod. Bas. firmat Salmasianam lect. *iactum.* (201) = 819. O. = 966. B. (202) = 317. O. = 375. B. ∞ *In vindicando* OB. (203) = 315. O. = 346. B. (204) = 301. O. = 333. B. (205) = 349. O. = 387. B. (206) = 292. O. = 325. B. — *ubi pudet* O. — *ubi pudet, cum ignoscitur* B. Verior videtur Bas. lectio, hac quidem sententia: „Humanum est ignoscere, nisi ubi eum, cui ignoscitur, propter nimiam superbiam pudet sibi ignosci." (207) = 328. O. = 362. B. ∞ *plurimi* OB. (208) = 294. O. = 327. B. ∞ *die* OB. (209) = 344. O. = 383. B. ∞ *inimico* O. ∞ *ut ne sit inimico* B. (210) = 341. O. = 380. B. (211) = 334. O. = 371. B. — *id quod obest, non quod subest* O. ∞ *id quod abest, non quod subest* B. (212) = 368. O. = 412. B. (213) = 356. O. = 398. B. (214) = 352. O. = 392. B. — om. *est* O. — *inimici est* B.

Levis est fortuna. cito reposcit. quod dedit.
Lex universa est. quae iubet nasci et mori.

Cetera desunt.

II.

PUBLII SYRI et aliorum sententiae partim sincerae, partim ab homine Christiano interpolatae, e Codice Turicensi Sec. IX. C. 78. 451., quem nuper descripsi in Helperico meo.

Contumeliam nec fortis potest. nec egenus ferre.
Cum semet vincit sapiens. minime vincitur.
Comes facundus. pro vehiculo est in via.
Cum inimico nemo ingratuitu revertitur.
Contra hostem aut fortem oportet esse aut simplicem.
Cito culpa effugiri potest. si culpam poenitet incurrisse.
Cui omnes benedicent. populorum possidet bona.
Cum periculo inferior quaerit quidquid superius occultare contendit.
Caeci sunt oculi aliis. quando rebus attenti sunt animi.
Caret crebro periculis qui tutus in prosperis cautus est.
Crudelis est in re adversa subiurgatio sceba (*sic*) vel saeva.
Consilium in adversis medicinae remedium prudentis est.
Cum inimico ignoscis. amicos gratis conplures adquiris.

(215) = 359. O. = 404. B. ∾ *quae dedit* OB. (216) = 361. O. = 406. B. ∾ *universi* OB.

COD. TURIC. (1) = 796. O. = 946. B. — *Contumeliam nec ingenuus fert nec fortis facit.* O. ∾ *Contumeliam nec fortis fert neque ingenuus facit* B.; cui rationi opitulatur inepta monachi interpolatio. (2) Abest ab OB. (3) = 127. O. = 137. B. ∾ *in via pro vehiculo est.* OB. (4) = 153. O. = 168. B. ∾ *in gratiam tuto redit* OB. (5) Abest ab OB. (6) Abest ab OB. Fuit huiusmodi aliquid: *Cito culpam effugies, si incurrisse poenitet.* (7) = 146. O. = 158. B. ∾ *Cui omnes bene dicunt, possidet populi bona,* OB. (8) Abest ab OB. Leg. *superior.* (9) = 113. O. = 120. B. ∾ *Caeci sunt oculi, quum animus alias res agit* OB. (10) = 114. O. = 122. B. ∾ *Caret periculo, qui etiam, quum est tutus, cavet* OB. (11 = 143. O. = 155. B. ∾ *Crudelis est in re adversa obiurgatio* OB. (12 et 13) Absunt ab OB. In v. 13. hoc fere

Cotidie morte mulcatur qui cum timore conscientiae suae versatur.
Contubernia illic sunt lacrimarum. quando misericors conspicit miserum.
Diu praeparandum est de bello. ut ocius vincas dum congrederis proelium.
De inimico penitus ne loquaris.
Durum est denegare superiori. quum debeas supplicare.
Dissolvitur protinus lex. cum fuerit misericors iudex.
Dominari ex parte dignoscitur. cui superior supplicare videtur.
Decima hora amicos plures. quam prima repperies.
Eripere irarum officia. non suggerere tela irato decet.
Est utique profunda ignorantia. nescire quod pecces.
Famulatur dominus ubi timet. quibus imperat prorsus.
Fateatur facinus prompte. qui iudicium fugit manifeste.
Facileque faciunt bona invenies. cum laudandoque fecerunt coles.
Feras non culpes. quod mutari non potes.
Furore fit atrocior. laesa saepius pacientia.
Fulmen est procul dubio. potestas cum iracundia.
Fidem qui perdiderit. nihil poterit ultra perdere.

latet: *Cum inimico ignoscis, amicos complures paris.* (14) = 138. O. = 149 B. ∞ *Cotidie damnatur, qui semper timet* OB. (15) Abest. (16) = 177. O. = 192. B. ∞ *Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius* OB. (17) = 163. O. = 176. B. ∞ *De inimico ne loquaris male, sed cogites.* OB. (18 — 21) Absunt ab OB. V. 21. fortasse fuit: *Decima hora amicos plures quam prima invenis* vel *invenit.* (22) = 187. O. = 211. B. ∞ *Eripere telum, non dare irato decet* OB. (23) Abest. (24) Abest. Deleto inepto v. *prorsus* prodit senarius, Publio haud indignus. (25) = 220. O. = 242. B. ∞ *Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.* OB. (26) Abest. Leg. *Facile, qui faciant - laudando, qui fecerunt.* (27) = 225. O. = 246. B. ∞ *potest* OB. (28) = 249. O. = 273. B. ∞ *Furor fit laesa saepius patientia* OB. (29) = 810. O. = 958. B. ∞ *Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.* OB. 30) = 228. O. = 249. B. ∞ *Fidem qui perdit, perdere ultra nil potest.* OB.

Frenos inpone linguae. saepius conscientia.
Gravis poena est poenitenti. cui post factum cruciantur animi.
Gravis est scrupulus delitiscens invisus in pectore.
Grave est enim quod fronte laeta dederis triste recipere.
Humilis nec alte cadere. nec graviter potest.
Honestatem laedes. cum pro indigno intercedis.
Homo totiens moritur. quotiens suis iacturam rerum patitur.
Honor honestum. decorat inhonestum.
Habet virus occultum. blanda miseratio.
Hominem extra corpus facit. fenalis *(sic)* incensio.
Invectibae *(sic)* vocis. nunquam libertas tacet.
Iniuriarum remedium est. oblivio.
Iracundiam qui vincit. hostes maximos debellavit.
Inpune profecto peccas. qui prior in eum peccaverit.
Inopi beneficium plus dat. qui celeriter praestat.
Ingenuitas non fert contumeliam.
Invitat culpam profecto. qui peccantem non ulciscendo praeterit.
Ingratus uni. omnibus miserior ingratescit.

(31) Abest. Ridiculum est, quod dicam; sed videtur in hoc v. latere: *Frenos impone linguae, peni saepius.* Scil. per mirum euphemismum in mediae aetatis Latinitate, atque etiamnunc apud Italos *conscientia* membrum genitale significat. (32) = 256. O. ∾ *Gravis animi poena est, quem post facta poenitet.* OB. (33) = 258. O. = 283. B. ∾ *Gravior inimicus est, qui latet in pectore.* OB. (34—36) Absunt. Sed in v. 34. latet: *Gravat, quod fronte laeta das, tristi accipi;* in v. 36. *Honestatem laedes, quum pro indigno petes* vel *Honestatem laedes, veniam indigno petens.* (37) = 277. O. = 304. B. ∾ *Homo toties moritur, quoties amittit suos* OB. (38) = 284. O. = 314. B. ∾ *Honos honestum decorat, inhonestum notat.* OB. (39) = 265. O. = 291. B. ∾ *Habet suum venenum blanda oratio* OB. (40) = 274. O. = 302. B. ∾ *Homo extra corpus est suum, quum irascitur* OB. (41) Abest. (42) = 320. O. = 355. B. (43) = 822. O. = 970. B. ∾ *Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.* OB. (44) = 297. O. = 329. B. ∾ *Impune pecces in eum, qui peccat rarior* O.; sed B. cum Bentleio *prior*, quam coni. firmat iam Turic. (45) = 326. O. = 361. B. ∾ *Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.* OB. (46)

Invidiam ferre aut felix aut fortis potest.
Inprobe Neptunum accusat. qui iterum naufragium facit.
Lucrum sine damno alterius. fieri non potest.
Multis comminatur. qui uni contumeliam facit.
Malignos ferre. maxime ingratos docere saepe.
Minus decipitur. cui celeriter negatur.
Male vincit audaciam. quem poenitet victoria.
Mala est inopia. quae nascitur ex copia.
Mutus est si psallat superbus. humilis dominum laudat etiam cum videtur habere silentium.
Non cito opprimitur. qui ruinam timet.
Non leve beneficium praestet. qui de brevi renuntiat.
Nocentem qui defendit. sibimet crimen parat.
Nocere posse et nolle. laudem sibi praeparat ampliorem.
Numquam periculum. sine periculo vincitur.
Nihil turpius dicas. quod fit pro salutis remedio.
ti
Nulla est maior homini poena. quam necessitas inopia.
Obiurgare in calamitate. gravior est quam calamitas.
Omnes aequo animo parent. ubi dignus imperat.

= 308. O. = 339. B. ∾ *non recipit* OB. (47) = 337. O. = 376. B. ∾ *Invitat culpam, qui delictum praeterit* OB. (48) = 312. O. = 344. B. ∾ *Ingratus unus omnibus miseris nocet* OB. (49) = 335. O. = 372. B. = *aut fortis aut felix* OB. (50) = 818. O. = 965. B. (51) = 370. O. = 415. B. ∾ *Multis minatur, qui uni facit, iniuriam* OB. (53) = 393. O. = 440. B. ∾ *Malignos fieri maxime ingrati docent* OB. (54) = 417. O. = 470. B. ∾ *negatur celeriter* OB. (55) = 388. O. = 435. B. ∾ *Male vincit is, quem poenitet victoriae* OB. (56 et 57) Absunt. (58) = 492. O. = 561. B. — *Non cito ruina perit is, qui rimam timet* O. ∾ *Non cito perit ruina, qui rimam timet* B. (59) Abest. Videtur fuisse: *Non leve beneficium praestat, qui cito negat.* (60) = 488. O. = 555. B. ∾ *sibi crimen parit* OB. (61) = 490. O. = 557. B. ∾ *laus amplissima est* OB. (62) = 515. O. = 591. B. ∾ *periclum sine periclo* OB. (63) = 480. O. = 544. B. ∾ *Nil turpe ducas pro s. r.* OB. (64) Abest. (65) = 843. O. = 993. B. ∾ *Obiurgari in calamitate gravius est quam calamitas* OB. (66) = 526. O. = 605. B. — *digni ubi imperant* O. ∾ *ubi digni imperant* B.

Plus amicus mensa. quam mens concipit bona.
Pereundi tempus scire est mori frequentissime.
Petit qui irascitur. periculum sibi generare.
Peccatum extenuat. qui de brevi commissum commendat.
Pericula timidus. etiam quae non sunt videt praesagus.
Pudor doceri non potest. nasci potest.
Qui numerosis studet amicis. et inimicos necesse est ferat.
Qui semet accusat. ab alio non potest criminari.
Quoscunque calamitas quaerit. facile repperiet.
Qui insidias plus timet. capitur minus.
Qui dormientem necare nititur. absentem ulciscitur.
Quod est venturum. sapiens quasi praesens cavit. *(sic)*
Qui sibi minime vivit. merito multis occumbit.
Ruborem amico incutere. amicum est perdere.
Res quanto est maior. tanto est insidiosior.
Reddit non perdit. qui quod alienum erat persolvit.
Regnat carnalis cupiditas. ubi non est dei caritas.
Sua qui servat salva. vult esse communia.
Spes salutis est. ubi hominem obiurgat timor.
Satis est inimicum superare. nimium est perdere.

(67) Abest. Sententia haec fere fuisse videtur: *Placet amicis olus, quod mens condit bona.* i. e. Amici, benigne et candide ab amico excepti, etiam vilibus cibis contenti sunt. (68) = 557. O. = 637. B. ∾ *Pereundi scire tempus assidue est mori* OB. (69) Abest. Del. est v. *generare.* (70) = 548. O. = 626. B. ∾ *P. e., qui celeriter corrigit* OB. (71) = 561. O. = 640. B. ∾ *Pericla timidus etiam quae non sunt videt* OB. (72) = 592. O. = 681. B. (73) Abest. (74) Abest. Fuit haec fere sententia: *Qui semet accusat crimine non indiget.* Verbo *criminari* autem passivam significationem tribuit interpolator. (75) Abest. Fortasse leg. *Quoscunque calamitas quaerit, facile invenit.* (76) = 644. O. = 755. B. ∾ *Qui timet insidias omnes, nullas incidit* OB. (77) Abest. (78) Abest. Leg. *cavet.* (79) = 653. O. = 749. B. *Qui sibi non vivit, aliis merito est mortuus* OB. (80) = 697. O. = 805. B. ∾ *excutere* OB. (81) = 690. O. = 798. B. ∾ *invidiosior* OB. (82—84) Absunt. Hi fortasse fuerunt: *Reddit, non perdit, qui suum quoique tribuit. Sua qui servat, suis servat communia.* (85) = 730. O. = 857. B. ∾ *Spes est salutis, ubi hominem obiurgat pudor* OB. (86) Abest. Fuit fortasse: *Satis est hostem superare, nimiumst perdere.*

Sensum non aetas. invenit sapientia.
Solet esse in adversis. pro consilio temeritas.
Suspicax animus. omnium dampnat fidem.
Suspicio probatis. tacita iniuria est.
Superari a superiore, pars est gloriae.
Supplicem hominem opprimere. virtus non est sed crudelitas.
Sine lege autem poena est conscientia.
Satis desertus est. de quo loquitur veritas.
Socius fit culpae, qui sontem iubet perdere.
Taciturnitas stulto, pro sapientia cedit.
Tarde si gravius vir irascitur. et perbicax ulciscitur.
Tuti sunt omnes. ubi defenditur unus.
Ubi libertus cadit. audet libere nemo loqui.
Vita otiosa regnum est, et curae minus.
Ubi senectus peccat, ad quem refugit sapientia?
Ubi omnes peccant. spes querelae tollitur.
Ubi nihil timetur. quod timeatur nascitur.
Ut plures corrigantur. rite pauci eliduntur.
Ut cupiditas nihil sine angustia. ita nihil cum angustia caritas tenet.

(87) = 717. O. = 837. B. ∾ *Sensus, non aetas, invenit sapientiam* OB. (88) = 726. O. = 853. B. ∾ *in dubiis* OB. (89) Abest. Poëta vel produxisse videtur mediam syllabam v. *suspicax*, ut fit in v. *suspicio*, vel scripsit *suspiciosus*. (90 et 91) Absunt. (92) Abest. Fortasse: *probo homini*. (93) Abest. Fuit fortasse: *Etiam sine lege poena est conscientia*. (94) Abest. Leg. *Satis disertus est, e quo loquitur veritas*. (95) = 724. O. = 850. B. ∾ *S. f. c., qui nocentem sublevat* OB. (96) = 753. O. = 887. B. ∾ *Taciturnitas stulto homini pro sapientia est* OB. (97) = 260. O. = 286. B. ∾ *Gravissima est probi hominis iracundia* OB. (98) Abest Leg. *Tuti sunt omnes, unus ubi defenditur*. (99 et 100) Absunt. (101) = 767. O. = 903. B. ∾ *Ubi peccat aetas maior, male discit minor*, OB. (102) Abest. (103) = 768. O. = B. p. 257. — *Ubi timetur, nil quod timetur nascitur* O., quod ineptum iudicans Bothius, eiecit hunc versiculum, annotans tamen: „Fuisse videtur: *Ubi nil timetur, quod timeatur nascitur;* quam egregiam coniecturam firmat nunc Cod. Turic. (104) Abest. Fuisse videtur: *Ut plures corrigantur, rite unus perit*. (105) Abest.

Virtutis omnis. impedimento est timor.
Ubi iudicat qui accusat. non lex valet, sed violentia regnat.
Verum est quod pro salute. fit plerumque mendacium,
Ubi emas aliena. invenies *(sic)* necesse est tua,

Omnia sic in utroque codice.

* * *

Iam e Codice Turicensi inserere licet Publii Syri Sententiis has nunc primum inventas: (minus certae asterisco notatae sunt:)

Cum semet vincit sapiens, minime vincitur.
Contra hostem aut fortem oportet esse aut simplicem.
* Cito culpam effugies, si incurrisse poenitet.
* Cum inimico ignoscis, amicos complures paris.
Etiam sine lege poenast conscientia.
Decima hora amicos plures quam prima invenis.
Famulatur dominus, ubi timet, quibus imperat,
* Frenos impone linguae, peni saepius.
* Gravat, quod fronte laeta das, tristi accipi.
Humilis nec alte cadere nec graviter potest.
Honestatem laedes, quum pro indigno petes.
Mala est inopia, quae nascitur ex copia.
* Non leve beneficium praestat, qui cito negat.
* Placet amicis olus, quod mens condit bona.
Petit, qui irascitur, periculum sibi.
* Qui semet accusat, crimine non indiget,
Quoscunque calamitas quaerit, facile invenit.
Quod est venturum, sapiens quasi praesens cavet.

(106) Abest, Fuit fortasse: *Virtuti omni impedimento falsus est pudor;* ut supra quoque v. 85. *timorem* interpolator substituit *pudori.* (107) Abest. Videtur fuisse: *Ubi iudicat, qui accusat, vis, non lex, valet.* (108) = 771. O. = 915. B, ∾ om. *plerumque* OB. (109) Abest. Latet fortasse in his ineptiis sententia huiuscemodi: *Ubi emas aliena, disperdes semper tua.* Etenim saepe interpolator contraria, veluti *invenire* et *perdere*, inter se permutavit.

* Reddit, non perdit, qui suum quoique tribuit.
* Sua qui servat, suis servat communia.
Satis est hostem superare; nimiumst perdere.
Suspicax animus omnium damnat fidem.
Suspicio probo homini *(probatis? probato?)* tacita iniuriast.
Satis disertust, e quo loquitur veritas.
Tuti sunt omnes, unus ubi defenditur.
Ubi libertas cecidit, audet nemo loqui.
Vita otiosa regnumst et curae minus[1]).
Ubi omnes peccant, spes querelae tollitur.
* Ut plures corrigantur, rite *(recte)* unus perit[2]).
* Virtuti omni impedimento falsus est pudor.
Ubi iudicat, qui accusat, vis, non lex, valet.
* Ubi emas aliena, disperdes semper tua.

Praeterea egregie restituitur v. 768. Orellii. (Cfr. Bothium p. 257.)

Ubi nil timetur, quod timeatur, nascitur.

Codex autem Basileensis has potissimum emendationes sumministravit:

Bonum quod est, supprimitur, nunquam exstinguitur.
Breve venenum ipsa est memoria iracundiae.
Facilitas animi ad partem stultitiae sapit.
Facit gratum Fortuna, quum nemo videt.
Fortuna humanum plus quam consilium valet.
Graviust malum, comi quod aspectu latet.
Ignoscere hominumst, nisi pudet quoi ignoscitur.

* * *

Admonuit me nuper optimus amicus Bardilius principem editionem Germanici proprie non esse Venetam

1) Id est: „et in otiosa vita praeterea minus curae est quam in regno." 2) *rite* et *recte* in Codd. ubique permutantur.

a me hoc nomine designatam, sed eam, quam Hain in Repertorio Vol. 2. pag. 352. N. 10707. describit, scilicet Bononiensem anni MCCCCLXXIIII. iunctam Manilio. Hanc qui consulere aliquando poterit, id ante omnia examinet necesse erit, utrum Veneta mea ex illa sit expressa, an, quod suspicor, ex alio codice ducta. Praeter Burmannum autem etiam Iriarte in Catal. Mss. gr. Madriti 1769. p. 203. fragmentum Germanici prius ineditum vulgavit, restituit et illustravit; quo libro me carere magno opere doleo. Fortasse iidem sunt versus, qui misere corrupti exstant in Codd. Puteaneo et Basileensi.

APPENDIX.

Fortefortuna quum opportuno etiamnunc tempore nactus sim Ioannis IRIARTE librum rarissimum, omnia ex eo, quae ad *χρίσιν* Arateorum Germanici facerent, sedulo excerpsi. (Pag. 203—212.)

Codex Matritensis membranaceus Sec. XII. (A. 22.) simillimus omnino est Basileensis, nisi quod in loco a Burmanno primum edito duobus etiam versibus auctior est et in nonnullis, paucissimis tamen, emendatior. A Codice Bas. his differt lectionibus:

VARIETAS COD. MATRITENSIS
CUM NOSTRA EDITIONE (p. 199.) COLLATI.

Vers. (1) ∾ *ex illo - - ubi.* Post v. 2. habet hos duos:

Commissus caereri fruges spectabis in erbis.
Pomaque purpureo primum nascentia flore.

(3) — *infaetu falit* (4) ∾ *ovili* (6) — *Distituat* ∾ *tauri* (8) — *adid geminos* (10) — *subte pater* (13) ∾ *Iam tum maturae - - spicea pendent* (15) ∾ *percoquit* (16) ∾ *liber* (18) — *Num qua laete* (22) — *Omnia quae* (24) ∾ *geminique* Ibid. ∾ *acre leonis* (25) — *aequate - - chelae* (28) ∾ *nebulis hebetabitur* (29) ∾ *praecipites agitabunt* (30) ∾ *lentos* (31) ∾ *Belliger et - - statione* (32) ∾ *tonitru - - aether* (36) — *probi* (38) — *Adigerit* (40) ∾ *Syrius* (Sirius) (41) — *adprimae qua colit ecumina* (43) — *Marcia non illos turbabititella* (44) ∾ *Haud* (45) ∾ *Sed si forte* (46) ∾ *undae* (48) — *Ad faciles glebae lusta stringit* (49) — *vellere fulsit* (50) ∾ *Sub lucem.*

* * *

LOCUS NOSTRAE EDITIONIS
(p. 199.)
PROBABILITER RESTITUTUS.

Iuppiter est illo laetus magis. Hic ubi Solis
Vitavit flammas, proprio bene lucidus ore,

CONIECTURARUM AUCTORITATES. (1) *laetus*] Burmann. Iriarte. Ibid. *Solis*] Bu. Ir.

Commissas Cereri fruges spectabis in herbis,
Pomaque purpureo primum nascentia flore;
Nec pecus in fetu fallet; nova turba repente
Mugiet e stabulis, arto balabit ovili.
Idem, ne tellus nimium siccata tepore
Destituat sata, quom tetigit fera cornua Tauri,
Dat pluvias; sorbetque datas, quom Pliada fugit
Atque adiit Geminos; Cancro placidissimus idem
Dat modicas vires, rabidos et temperat aestus:
Et Leo terribilis sub te, Pater, ipse repellit
Instantes morbos et Ditis limina cludit.
Incipit agricolis in Virgine solvere vota.
Iam tum maturae segetes, et spicea pendet
Ante Larem primum perfecta messe corona.
Libra tumescentes musto bene percoquit uvas.
Scorpion ingrediens tua, Liber, munera condit.
Iamque Sagittiferum scandens sua sidera reddit
Nunquam laetae hiemi; modice tamen in Capricorno.
Hydrochoon Piscesque agitat saevissimus idem,
Si statuit currus quocunque in sidere fessos.
Lanigero tonat et Poeni per terga Leonis;
Omniaque hibernis permiscet mensibus astra.
At quom Phoebeos Mavors effugerit ignes,
Sive Aries Geminique deum sive acre Leonis
Sidus et aequatae librato pondere Chelae,
Aut arcu pollens aut imbris Fusor habebit,
Spissatis caecus nebulis hebetabitur aër,
Nullaque praecipites agitabunt aequora venti.
His idem lentos signis quom supprimet ignes

(5) *fallet*] Or. — *fallit* p. Ir. (6) *e stab.*] p. — *in stab.* Ir. Ibid. *arto*] Scil. propter ipsam agnorum multitudinem. Or. — *alto* Codd. — *altum* vel *alte* Ir. suspicc. Ib. *balabit*] Bu. Ir. (7) *tepore*] Ir. suspic. F. *nimio.* (8) *Destituat*] Bu. Ir. (9) *quom Pliada*] Or. (10) *Atque adiit*] Heins. Ir. (11) *rabidos*] Or. (14) *solvere*] Bu. Ir. (15) *pendet*] Heins. Ir. (16) F. *patrium.* (19) *sidera*] Ir. (24) *hibernis*] Bu. Ir. (25) *At quom*] Bu. Ir. (28) *Fusor*] Bu. Ir. (29) *Spissatis*] Or. (*Siccatae* enim *nebulae* nullae sunt.) (31) *sup-*

Belliger et nigra cursus statione tenebit,
Tum crebro magnus tonitru pulsabitur aether,
Tum resoluta dabit nimbos cum grandine nubes;
Sed magis, hibernae sciderit quom sidera partis,
Effundet totas violento numine vires.
At modicos imbres, proni quom cornua Tauri
Frugiferamque deam vel brumalem Capricornum
Attigerit, liquido non saevus ab aethere fundet.
Insertus Cancro, terras quom letifer ortu
Sirius afflavit, nocituros temperat aestus.
Scorpios at primae qua tollit acumina caudae
Frigidaque extremi iam claudunt sidera Pisces,
Martia non illos turbabit stella, neque imbre
Aut ulla condet nitidos caligine soles.
Sed si forte diem victus mutaverit aër
Et ventos aut fundet aquas, gelidissimus undae
Fit rigor et toto Boreas dominabitur orbe.
At faciles glebas astringit frigore verno
Alma Venus, Pecudis claro quom vellere fulsit
Sub lucem exoriens; eademque ubi tempore eodem
Aetherium venit Taurum super, imbribus atris
Et tonitru crebraque abscondit grandine terras.

primet] Ir. (35) *sciderit*] Or. — *steterit quom sidere* Ir. (36) *violento*] Heins. Ir. (37) *At*] Helvetius. Ir. Ib. *proni*] Helvetius. Ir. (39) *Attigerit*] Ir. (40) *Insertus*] Helvetius. Ir. (42) Emendarunt Heins. et Ir. (44) *Martia non illos turbabit stella*] Helv. Ir. Ibid. *imbre*] Ir. (46) Hunc v. non intelligo. Fuitne: *Sed si forte diem varius mutaverit aër*, an *die* (genit. ant.) *vultum mutaverit aër?* Or. (48) *Fit*] Bu. — *Tum* Ir. (49) *At faciles glebas astringit* Bu. — *At facilis glebae luta stringit* Ir. Cetera, in quibus differt restitutio nostra a Cod. Basil., correcta sunt e Codd. Puteaneo et Matritensi.

RELIQUA VARIETAS
COD. MATRITENSIS COLLATI SCILICET CUM EDITIONE GROTII.

Edit. nostrae pag. 202. Vers. (51) — *taurus* (54) — *puta* (55) Firmat *fulserit.* (56) — omittit *annum.* (57) — *nemeis.* Habet *astrum.* (58) — om. *et.* (60) — *Nunc* - - *caelum* - - *acer.*

(62) — *cum Iuppiter ignibus omnis* (64) Ut nos. (65) — *singula signis* (68) — *egokeri* (69) — *Humidus ad gelidos - - ignis.* (71) — *sub prima recurret in astra* (*suprema recurret in astra* Ir. susp.) (72) — *Hesperos haec tibi signa labe tum cum lucifer cur ora* (*signa dabit*, ut ego, coniecit etiam Ir.) (73) ∾ *Ingrediens* (75) — om. *haec.* (76) — *Vere cavere imbres et fulgera comam en alto* (*culmine in alto* Ir. susp.) (77) *Phrixee rutulo* (sic) *pecudis radiaverit* (79) — *Flaminatque* (80) Ut nos. (82) — *Apponi geminis eadem constantia perstat.* In v. *perstat* firmat meam coni. Propius ad Codd. Bas. et Matrit. atque, ut artius cohaereat cum praecedd., locum sic constitues:

— *exoriens ecce haec Cytherea movebit:*
Vere cadent *imbres et fulmina culmine ab alto,*
Phrixeum rutilo pecus ut radiaverit astro.
Nubila commixtusque fragor pluvialibus undis,
Flaminaque assiduo terris instantia pulsu
Et dirae caelo deiecti grandinis ictus
Vere magis, nitido *Tauri quom sidere fulsit,*

Apparent: *cet.* sive aliquod verbum finitum eliciendum e Codd. lect. *Apponi*, quod referatur ad vocc. *nubila - - fragor - - flamina - - ictus.* OR. (83 et 85) Ut nos. (86) — *Lucet et alternabit.* (*Lucet et alterna variabit* Ir. susp.) (88) Firmat *ulli.* (92 et 93) Ut nos, nisi quod *Ad rap.* (94) — *plerique* (— *pluresque* Ir. susp.) (96) ∾ *replebit.* Hoc recipiendum. Malim etiam *detrahet.* (97) — *caelum ob frigore primo* (98) — *glacia terrore* (100) — *ad diris omnia nimbos* (101) — *ruit* (103) — *fulmine ruptis* (105) (*lumina vincet* coniecit etiam Ir.) (106) ∾ *praedicet.* Recte, puto. (107) — *Extremis aevis* (108) Ut nos. (109) — *Est quoniam certis rati viam cognita signis.* (*Est q. c. recte via* Ir. susp.) (110) — *mundus* (112) — *solitus* (113) — *Cum pecú* (*pecoris* Ir.) (115) Ut nos. (116) — *alias pluvias* (118 et 119) Ut nos. Ibid. *sereni.* (121) Ut nos. (122) — *Certus ardor* Cet. ut nos. (126) — *Scorpios et pl.* (129) — *Aut idem ubi consurgit capricornis et debiformis* (*Capricornus inde biformis* Ir. susp.) (131) Ut nos. (135) — *cogn. detur* (136) — *exoritur ignis quoque cylleneus* (137) — *primo modo cui* (138) — *moneatque discedere* (140) — *iunget* (142) — *Urenturque* (143) Ut nos. (146) Ut nos. Seqq. corrupta ut in contextu Grotii. (150) — *Flatus ad gelidis miscet tranquilla serenis.* (∾ *Flatibus et gelidis miscet tranquilla serena* Ir. coni., melior mea, atque recipienda.) (151) — *nuta manu nec libera tendenti* (Eodem prorsus modo atque ego, Iriarte emendavit versum corruptum.) (153) — *adventis* (*a ventis* coniecit etiam Ir.) (158) — *a rapidis* (159) — *Brumatusque* (160) — *securas agem. Non frustrat animum* (Ut ego, emendavit etiam Ir. Nunc tamen video e Codd. *frustrat* leg. esse *frustrata animum* pro *frustrans a.*)

In PHAENOMENIS etiam Cod. Matrit. habet nostrum v. 558. et vv. 571—574. Versu 574. perperam exhibet *in austros* pro: *in auras.*

PHAENOM. v. 38. Heinsius coniecit: *Dictaeis texere adytis famuli Corybantes.* Cfr. Schraderi *Emendd.* p. LV. (v. 35. *Foverunt* exhibet etiam Ms. Put. ab Heinsio collatus.) Ibid. p. LVI. v. 127. *minores*] contra Grotii *nepotes* recte vindicat P. Bondam *Var. Lectt.* p. 301.